




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
235 E 12







Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
235 E 12





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
235 E 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
235 E 12

EX BIBLIOTHECA

**P. P. C. LAMMENS.**



60 15


~~Essai~~

~~2. 11.~~

66

235

212






PETRI MOLINÆI  
De  
COGNITIONE  
DEI  
TRACTATUS.



LVGD. BAT.  
EX OFFICINÂ ELZEVIRIANA  
MDCCLXXV.

Koninklijke  
Bibliotheek  
te 's Hage.





REVER  
AMP  
NO,  
SCOT  
SI, S  
GIA  
SIL  
GIL  
STO

R

is ma  
DE  
TION  
levid

REVERENDISSIMO &  
AMPLISSIMO DOMI-  
NO, IOHANNI D. EPI-  
SCOPO LINCOLNIEN-  
SI, SERENISSIMO RE-  
GI AB INTIMIS CON-  
SILIIS, & MAGNI SI-  
GILLI ANGLIÆ CV-  
STODI.

**R**ecognoscenti mihi  
*schedas meas, (Vir  
Amplissime) incidit  
in manus hic tractatus*  
DE DEI COGNI-  
TIONE: Opus quidem  
*levidense, nec dignum tuis*  
A 2 OCU-



oculis, sed in quo quod deest  
ingenio Authoris, supple-  
tur dignitate argumenti:  
cujus cognitio mediocris  
accuratissimam in alio ar-  
gumento commentatio-  
nem facile antecellit. Cui  
operi quem quarerem Pa-  
tronum non mihi diu am-  
bigendum fuit. Nam cui  
potius consecrarem has la-  
boris mei in Anglia pri-  
mitias, quam tibi (Reve-  
rendissime Vir) qui me in  
has oras appulsum excepisti  
perhumaniter, & dignita-  
tis



deest  
pple-  
enti:  
iocris  
o ar-  
atio-  
Cui  
Pa-  
am-  
a cui  
es la-  
pri-  
eve-  
ne in  
pisti  
nta-  
tis

*tis tua immemor, iuvisti  
operâ & amore complexus  
es? Cujus ingenium par  
negotijs, nec inflatur ho-  
nore, nec obruitur ponde-  
re. Qui in medio cura-  
rum civilium æstu, deci-  
dis tamen aliquas horas  
studijs, invigilans pariter  
Reip. & Ecclesiæ. Qui feli-  
ci temperamento sociavi-  
sti res rarò coeuntes, in  
summa fortuna summam  
humanitatem, & in flore  
ætatis senilem prudētiam.  
Hæc non damus tuis auri-*

A 3 bus,

*bus, sed rei veritati: qua  
me impulit ad tibi conse-  
crandum hanc opellam, te-  
stem grati animi, meæque  
erga te observantia: quam  
ut boni consulas, te etiam  
atque etiam rogo.*

Tux Amplitudini

addictissimus

PETRVS MOLINÆVS.

DE



I

DE  
COGNITIONE  
DEI.

**I**NTER DEI opera visibilia homo facile primas obtinet. In homine autem ea pars est longe præstantissima quæ *Anima* appellatur. Anima enim nobis cum Angelis, Corpus cum belluis commune est.

Porrò cum plures sint animæ facultates, illa facile princeps est, quæ Intellectus seu Mens dicitur: quippe quæ præluceat voluntati, & sedens in clavo, tractat habenas cupiditatum; unde & τὸ ἡγεμονικὸν a Græcis appellatur.

A 4      Hujus



2 *De cognitione Dei.*

Hujus Intellectus præcipuum ornamentum atque perfectio, est cognitio veritatis, quæ sic affecta est ad mentem ut lux ad oculum.

At non cujuslibet veritatis cognitio intellectum perinde perficit, sed cognitio tantum rerum summarum & perfectissimarum. Inter quas cum Deus immensum quantum excellat, planè conficitur, veram Dei cognitionem esse mentis ornamentum longè præcipuum. Enimvero cum cognitio veritatis se habeat ad intellectum ut lux ad oculum, planum est verâ Dei cognitione intellectum maximè perfici: quandoquidem Deus est fons lucis, Pater luminum,



*De cognitione Dei.* 3

num, & lux ipsissima, ad quem ipse Solis splendor est tenebris propior.

At non quælibet Dei cognitio pariter mentem perficit & illustrat, sed ea demum quæ ab ipso Deo revelata, eius verbo continetur. Nam ut Solem non videmus eodem modo quo res cæteras, quippe cum cætera videantur per lucem Solis, at Sol videatur per suam ipsius lucem: sic Deus non potest cognosci, nisi propria sua luce, & nisi suam ipsius cognitionem animis nostris infuderit.

Sed antequam ad eam Dei cognitionem accingimur, quæ habetur ex Dei verbo; operæpretium est expone-

A 5 re

4. *De cognitione Dei.*

re quousque ratio humana non adjuta Dei verbo per-tingat. Est enim hæc non il-legalis meditatio: & ex ea multa rectæ rationis lux emicat, multa divinæ sapien-tiæ cognitio efflorescit. An-tequam igitur ingrediemur adyta hujus templi, utile erit tantisper consistere in atrio, cuius est nō mediocris splē-dor, & cui Deus impressit non obscura suæ potentix & sapientiæ vestigia. Sic enim præstructim & per gradus veniemus ad Ecclesiæ do-ctrinam, ut appareat quan-toperè Ecclesia distet à Ly-cæo: quantum Christi scho-la antecellat scholas Philo-sophorum: quantum vin-eat humanam rationem di-  
vina



*De cognitione Dei.* S

vina revelatio.

Institutum esse omni homini sensum aliquem divinitatis, constat experimento, & omnium Gentium testimonio. Inter quas nulla est tam fera aut tam barbara apud quam non sit recepta quædam religionis forma, eaque gravissimis pœnis sancita. Hęc enim est non scripta sed nata lex, ad quam non docti sed facti, non præceptis instituti, sed à natura imbuti sumus. Inde in sceleratissimis quibusque conscientia aculei, quæ fontes ad Dei tribunal invitos pertrahit, & efficit ut pessimus quisque Deum judicem maximè perhorrescat. De Caligula Suetonius refert, eum auditum

tum



6 De cognitione Dei.  
tum sic comminantem Iovi.

Εἰς γαῖαν Δαναῶν περὶ σέ.

Idem usurpabat illud Menelai pugnantis cum Paride.

*Iliad.* Ζῶ πάτερ ἔτις σέϊο θεῶν ὀλοώ-  
τερη ἄλλα.

Idem tamen, quotiescunque tonaret, quærebat latebras, & pavore consternabatur, Deum ultorem exhorrescens. Nam ut quisque est perditissimis moribus, ita maximè ad foliorum tremorem, aut si *virides rubum dimovere lacerta*, & corde & genibus tremit. Inde est quòd videmus homines profanos, qui, rebus prospere fluentibus, omnem de Deo cogitationem excusserant, in subitis periculis exclamare illud **DEVS MI:**  
& con-



*De cognitione Dei.* 7

& confugere ad eius opem quem improbè contempserant. Et hæc vox impræmeditata ipsis excidit, victricè natura .

Quin & ipsa Idolatria quò fœdior est, & inanibus figmentis addictior, tantò evidentius arguit, insitum esse hominibus à natura sensum divinitatis. Oporter enim altè sedeat hic sensus, & penitus sit impressus, cum homo animal gloriæ, maluerit se abjicere infra bestias & colere lapides ac ligna, & ex insita superbia ad infima quæque se submittere, quàm nullum plane Deum agnoscere. Nec qui finxerunt hæc Deorum portentia, usi fuissent hominibus

bus



De cognitione Dei.  
bus obsequentibus, nisi invenissent animos jam imbutos illa de Deo persuasione, ex quo femine emergit illa ad religionem propensio.

Veruntamen ad Dei cognitionem aliam viam insistit vulgus, aliam Philosophi. Et vulgus quidem circumferens oculos per totum orbem, miratur staturas anni tempestates, Solis pulchritudinem atque potentiam, ætus maris reciprocos, terræque molem aëre suspensam, nutibus suis conglobatam, paribusque examinatum ponderibus.

Georg.  
2.

*Defectus Solis varios Lunæque labores :*

Vnde



*De cognitione Dei.*

*Vnde tremor terris qua vis  
maria alta tumescant*

*Obicibus ruptis, rursum-  
que in seipsa residant.*

*Quid tantum Oceano pro-  
perent se tingere Soles*

*Hiberni, vel qua tardis  
mora noctibus obstat?*

Miratur perpetuos flumi-  
num lapsus, plantarum in-  
crementa atque virtutes,  
animalium diversas for-  
mas, & *spuas* ac instinctus  
spontaneos; denique tan-  
tam hujus machinae perfe-  
ctionem, ut singulae par-  
tes officiant contemplatio-  
ni totius: non secus ac  
cum in sylva non caedua  
singularum arborum pro-  
ceritas eminere posset, nisi  
inter pares conspiceretur.

Ita-



10 *De cognitione Dei.*

Itaque vix quisquam est nisi planè vecors, qui, his aspectis, non agnoscat authorem, & non æstimer apud se quantus sit opifex ex opificij præstantia.

Enimvero ut si quis Bibliothecam libraria supellectile instructissimam contempletur, in quâ structi foruli, libri in ordinem digesti, omnia tersa & munda, & aptè disposita: non est credibile quenquam posse esse tam excordem, vt censeat hæc casu ita esse facta, & non potius hæc tribuat humanæ industriæ. Nam confusio fit a casu, ordo ab industria. At nulla est Bibliotheca tam aptè digesta, nec tam ornata aut locuples, ut  
possit



*De cognitione Dei.* 11

possit ullatenus cum hujus  
machinæ structura & perfe-  
ctione comparari. Habeat  
aliquis in vestis lacinia mul-  
titudinem promiscuam cha-  
racterum typographicorū,  
quam commoto sinu iacter  
& effundat: an unquam ita  
aptè cadent characteres, aut  
tanta erit in casu industria,  
ut oratio aliqua compta, aut  
versus elegantes inde confi-  
ciantur? At nulla est oratio  
ita expolita, nullum carmen  
tanta arte structum, ut possit  
cū mundi artificio & pul-  
chritudine, ulla ex parte  
conferri.

Hæc prima est ratio qua  
Deus homines etiam barba-  
ros aliquo sensu divinitatis  
afficit. His mutis magistris  
vel



12 De cognitione Dei.

*Psal.*  
*19.* vel tardissima ingenia ad sui  
cognitionem imbuunt. Cæli  
enarrant gloriam Dei & fir-  
mamentum notificat opus ma-  
nuum eius. Nam invisibilia  
Dei, potentia eius atque divi-  
nitas ex rebus conditis intelli-  
guntur.

His adde naturales *συντη-  
ρησις* & semina æquitatis &  
honestatis, & aculeos con-  
scientiæ, qui pessimos quos-  
que tacitis moribus lanci-  
nant. Est enim hæc non ob-  
scura confessio, qua homi-  
nes profitentur se iudicem  
agnoscere cui dandæ sunt  
*ἀδύναμις* & qui in facta &  
mores hominum inquirat.

Nec parum faciunt Dæ-  
mones & malefici spiritus,  
ad altè infingendam animis  
persua-



*De cognitione Dei.* 13

persuasionem de Deo. Cùm enim quotidianis experimentis notum sit, quanta sit & quam noxia Dæmonum potentia, quippe qui cient tempestates, morbos immittunt, homines vertunt in Lycanthropos, segetes & arbusta transferunt, (quod in agro Marrucino accidisse testis est Plinius,) spectris homines territant, & perplexis Oraculis consulentes ludificantur, & erroribus implicant; periret humanum genus, obnoxium injurijs tot invisibilium inimicorum, immo & ipsa mundi compages luxaretur, nisi hi dæmones penderent ab aliqujus supremæ potentia nutu, quæ rabiem eorum frænât.

nat.



14      *De cognitione Dei.*  
nat, & cancellis includit suæ  
providentiæ.

Ista quidem sunt vulgaria documenta, & quæ se quasi invitis ingerunt. At Philosophi ad Dei cognitionem alia via grassati sunt. Texunt enim vincula demonstrationum, quibus ingenia sic constringunt, ut ab eis quod volūt extorqueant.

Aristoteles scripsit octo libros *Physicæ ἀκροώσεως*, quorum sex postremi toti circa motum ejusque affectiones versantur. Ultimus autem definit in primo motore, qui idem sit immobilis. Cum enim omne quod movetur, ab aliquo moveatur, & hoc ab alio, & sic porro: in hac catena moventium non potest



*De cognitione Dei.* 15

testiri in infinitum, sed necessario standum est in aliquo primo movente, qui cum omnia moveat, ipse sit immobilis. Non secus ac in corpore humano, artus moventur à musculis, musculi à nervis, nervi à spiritibus animalibus, spiritus animales à vitalibus, vitales ab anima, quæ non movetur nisi per accidens, aut per aliud, id est, alieno motu: non secus ac sapientia ambulat, aut ut gubernator sedens ad clavum, sic quiescit ut tamen motu navis moveatur. Quod si quid sit quod moveat se ipsum, oportet sit compositum, & una pars moveatur ab altera. At primum ens oportet sit simplicissi-



36 *De cognitione Dei.*

eissimum, nec partibus constet.

In ordine vero causarum efficientium non posse procedi in infinitum facile demonstratur. Nam si nulla esset causa prima & summa, nulla esset secunda, nec tertia, & sic porro. Et sic nulla prorsus esset causa: & nunquam posset deveniri ad ultimum effectum, quia antequam eo perveniretur, infinitæ causæ essent percurrendæ. At infinitum est quod pertransiri non potest, & cuius ut non datur primum ita nec ultimum.

Nec parum faciunt ad agnitionem Dei, divinæque perfectionis, gradus diversi bonitatis & sapientiæ, per quos



quos Angeli sunt meliores  
& sapientiores hominibus,  
& ipsi homines inter se dif-  
ferunt. Hoc enim axioma  
stat inconcussum, qualitates  
(puta albedinem aut calo-  
rem) esse perfectiores aut  
imperfectiores prout à sum-  
ma perfectione magis aut  
minus abscedunt, & plus  
aut minus distant à summo  
albedinis aut caloris gradu.  
Est ergo inter creaturas illa  
melior quæ magis ad sum-  
mam bonitatem accedit. Il-  
la autem summa bonitas,  
quid est nisi Deus, qui est  
ipsissima bonitas? Nam ut  
in ordine causarum efficien-  
tium, ita & in gradibus vir-  
tutis & perfectionis, non  
datur progressus in infini-  
tum;



18 *De cognitione Dei.*

tum; sed oportet sit aliqua prima & summa perfectio.

His adde quod apud omnes est in confesso, impossibile esse ut aliquid faciat se ipsum: Nam si quid se ipsum fecisset, planè statuum esset illud fuisse antequam esset: quandoquidem agere præsupponit esse. Cum ergo cælum non potuerit se ipsum condere, oportet conditum sit ab aliquo, qui quidem non potest esse nisi summè potens & infinitæ sapientiæ, quippe qui ad tantum opus, non habuit exemplar quod imitaretur, nec ei præsto fuit materia, nec ministri. Nam si hæc adfuissent, perindè quæreretur quis creavisset hanc

De cog  
hanc mag  
ministros,  
inhibet,  
recre, ut  
dam sit ad  
quæ nullius  
quo sint o  
erubilo er  
potest non  
teniz, e  
quid sit  
Est enim  
& profana  
Epictet  
nem, lib. 1  
rum, crea  
pendensio  
que terran  
qui minist  
faciat.  
Ipsi  
di aliquo



hanc materiam, quis hos ministros, quis eis hanc vim indidisset, qua Deo opitularentur, ut planè deveniendum sit ad aliquem unum qui nullius ope egeat, & à quo sint omnia. Qui cum ex nihilo creavit omnia, non potest non esse infinitæ potentæ, cum à nihilo ad aliquid sit infinita distantia. Est enim ridiculus stupor, & profana vecordia Velleij Epicurei, qui apud Cicero- nem, lib. i. de Natura Deorum, creationem naso suspendens rogat quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, qui ministri tanti muneris fuerint.

Ipsa numerorū ratio mundi aliquod esse principium,

B ac



20 *De cognitione Dei.*

ac proinde à Deo creatum esse, necessariò evincit. Omnis enim numerus incipit ab unitate. Cùm ergo numerentur dies, oportet aliqua fuerit prima dies, ac proinde aliqua prima cœli conversio. Non enim datur numerus infinitus actu, nec possunt esse dies numero infiniti. Nam si numerus aliquis esset infinitus, denarius numerus infinitiès inesset isti numero infinito. Vnde fieret ut quinq; non pluriès inessent quàm decem, & duplum non majus esset dimidio. Immo verò isti numero infinito totidem inessent unitates quot decem. Quæ sanè sunt *ἀσυστά* & implicita contradictionem.

*Ipsa*



*De cognitione Dei.* 21

Ipsa hominum hujus ævi  
vita brevior, & tacita decre-  
menta staturæ, præ veterum  
vivacitate & proceritate,  
non obscure testatur fuisse  
aliquem primum hominem,  
& primam aliquam perfe-  
ctionem à qua per gradus  
descenditur. Non possunt  
enim infinita esse rerum de-  
crementa. Alioqui replican-  
do in infinitum secula præ-  
terita, ad staturam cælo ip-  
so majorem tandem perve-  
niretur.

Hæc omnia eo pertinent  
ut argumentis suppeditatis  
ab humanæ rationis luce,  
quantumvis nebulosa &  
sublustri, doceamus, quem-  
admodum omnis lux toto  
orbe sparsa, ab una origine

B 2 præ-



profluit, nempe à Sole; & omnis numerus procedit ab unitate; & in corpore humano omnes arteriæ, vitalisque tota facultas ab uno corde procedunt: Ita omne ens, ab uno summo ente fluere & dependere, ac sustentari: Qui si vim suam, & influxum tantisper inhiberet, & subduceret, illico omnia in antiquum illud *Nihil* abirent & dilaberentur. Non secus ac amoto Sole, quicquid ubique est lucis, verteretur in tenebras.

Iam si quis roget quid Deum impulerit ad manum admovendam operi, in promptu est responsio. Deus enim omnia fecit ob seipsum, nec ulla alia consideratione

De cog  
tione motus  
teho. Enim  
tum est  
tum omni  
fatis, vel  
Hebr. cap.  
ele. propter  
quem sunt  
sunt propter  
nus est in  
primus,  
Deum qu  
quo Max  
Optimus  
pms Optim  
mm. Quia C  
tus est fi  
pre est prio  
na causa e  
a sine. C  
gens ratio  
gens; h  
220



tionemotus est quam amo-  
re sui. Enimvero Deus non  
tantum est causa efficiens  
rerum omnium, sed etiam  
finalis, teste Apostolo ad  
Hebr. cap. 2. ubi ait Deum  
esse propter quem & per  
quem sunt omnia. Omnia  
sunt propter Deum quate-  
nus est finis, & quatenus o-  
ptimus. Omnia sunt per  
Deum qua causa efficiens, &  
qua Maximus. Merito ergo  
Optimus Maximus. Sed  
prius *Optimus* quam *Maxi-  
mus*. Quia Optimus est, qua-  
tenus est finis: at finis sem-  
per est prior intentione: &  
ipsa causa efficiens movetur  
à fine. Cum ergo omne a-  
gens rationale aut intelli-  
gens, sibi proponat aliquem

B 3      finem



24 *De cognitione Dei.*

finem qui bonus sit, non potuit primum & summum agens agere nisi ob ultimum & optimum finem. Cumque nihil sit Deo melius, immo cum omne bonum sit à Deo, non potuit Deus agere ob alium finem quam ob seipsum. Cumque nihil sit quod potius debeat pingi & imagine exprimi, quam quod pulcherrimum est, Deus qui est primum pulchrum, & prima lux, voluit suam ipse imaginem ducere, & ut in Minerva Phidiæ, ipse artifex similitudinem sui indelebilem operi suo impressit.

Verum enim vero cum rerum creatarum pars sint Corpora pars spiritus & substantiæ immateriales; inter  
spiri-



*De cognitione Dei.* 25

Spiritus quidem Angeli eminent, quibus proximæ sunt animæ humanæ. Inter corpora autem primum cœlum facilè primas obtinet. Quapropter cum Deus impresse- rit omnibus creaturis, suæ potentia & sapientia vestigia: Spiritibus non modo sui vestigium impressit, sed & imaginem. Eamque non qualis à pictoribus ducitur penicillo, exprimens tantum colores & figuram: sed qualis conspicitur in speculo, quæ motus & actiones imitatur. Deus enim spiritibus affudit lucem intellectualem, & cognitionem veri; quæ est quædam quasi scintilla divinæ lucis. Voluntatem vero eorum, cujus

B 4 est



26 *De cognitione Dei.*

est ciere motus & producere  
actiones, ornavit justitia &  
sanctitate. His addidit im-  
mortalitatem, & libertatem  
voluntatis, quæ sunt divinæ  
imaginis lineamenta quæ-  
dam & Dei imitamenta.  
Quæ imago cum sit longè  
præcipuum ornamentum  
creaturæ intelligentis; ita  
vicissim nihil tam fœdum  
quam deformatio hujus  
imaginis. Quod fit quando  
anima, eruto mentis oculo  
per ignorantiam, & linea-  
mentis hujus imaginis vitio  
depravatis, pœna sua verti-  
tur in monstrum: & Deo  
exosa, ipsa sua miseria, Dei  
miserationem amisit. Enim-  
vero quemadmodum ima-  
go regis nummo insculpta,  
multa



*De cognitione Dei.* 27

multa ad terram attritione  
& confricatione oblitera-  
tur, ita in animabus defor-  
matur Imago Dei, quando  
rebus terrenis addicta, &  
quasi in cœnum provoluta,  
à divinis cogitationibus &  
Dei amore avertitur.

Sed & primo corpori, id  
est cœlo, Deus impressit ali-  
quam sui similitudinem, &  
quandam, penè dixerim,  
imaginem. Nam cœlum  
Deus in rotunditatem tor-  
navit, imitamentum divinæ  
infinitatis: quia hæc figura  
nec principium habet nec  
finem. Sed & in eodem pri-  
mo corpore insculpsit quie-  
tis suæ, æternæque immobi-  
litate, perpetuo tamen agen-  
tis, non obscura vestigia.

B 5 Nam



28 De cognitione Dei.

Nam cœlum etsi per partes  
jugiter movetur, dum pars  
altera alteri succedit, tota ta-  
men ejus moles quiescit, nec  
loco movetur. Potentiæ ve-  
ro suæ imitationem posuit in  
cœlo; suspendens hæc infe-  
riora à superioribus, & sic  
digerens hoc opus, ut à cœ-  
lestibus elementaria guber-  
narentur, & superiora in in-  
feriora potenter influerent.  
Ac profecto verissima est  
Aristotelis sententia lib. 2.  
de Generatione, cap. 10. per-  
petuam durationem rerum  
deberi simplici & quotidiana  
Solis conversioni ab O-  
riente in Occidentem: at ge-  
nerationem & corruptio-  
nem rerum nasci ab obliquo  
Solis & Planetarum cursu

ἢ ἡ  
πρῶτη  
φορὰ  
αἰτία  
ἐστὶ γὰρ  
γένεως  
καὶ φθο-  
ρᾶς,  
ἀλλ'  
ἢ ἡ  
λόξον  
κύ-  
κλον.

per

De  
per Zodi  
suo & rec  
affectum  
affection  
rum vari  
Hanc  
modo lo  
& omni  
stante  
sentia  
nec  
scribi  
homi  
mente  
rebus  
& ad c  
circa  
lo qui  
tis ad  
ditem  
nem.  
Illa



*De cognitione Dei.* 29

per Zodiacum, dum accessu suo & recessu ad nos mutant aspectum, & cum eorum situ affectiones & qualitates rerum variantur.

Hanc sedem Deo non modo scriptura tribuit, sed & omnium gentium constans sententia. Nam etsi essentia Dei complet omnia, nec ullis terminis circumscribitur, insitum tamen est homini divina meditati, mentem quantum potest à rebus terrenis summovere, & ad cœlum attollere. Quocirca Deum oramus summissis quidem poplite sed elevatis ad cœlum oculis, quorum alterum designat demissionem, alterum testatur spem. Illud facit ad dejiciendam  
super-



superbiam, hoc vero ad at-  
tollendam cogitationem.  
Nec immerito humana ratio  
Dei solium locavit in cœlo.  
Nam quæ Deo, qui omnia  
mouet, potest esse habitatio  
convenientior quam corpus  
illud per quod omnia mo-  
uet? Quænam Patri lumi-  
num sedes aptior, quam re-  
gio per se lucida, & insita lu-  
ce semper perspicua? Quid  
convenientius naturæ Dei  
qui est Deus Pacis, & qui  
nulli mutationi est obno-  
xius, quam ibi habere so-  
lium ubi pax æterna, & im-  
mota quies, & nulla muta-  
tio? Inde est quod (ut obser-  
vat Iustinus Parænesi ad  
Græcos) apud Homerum  
Iupiter *Ἄρτω* crinibus arrep-  
tam



*De cognitione Dei.* 31

tam de cœlo præcipitat, & ingressu cœli ei in æternum interdicit. Illa vero delapsa est in hanc inferiorem regionem, quæ quatitur ventis, & tempestatibus, & terræ motibus: ubi bella, & seditio- nes, & adversus Deum ipsum discordia.

His se quasi gradibus mens humana evehit ad Dei cognitionem: hoc se quasi *ὑπερ-βουλομένη* conatur attollere. Hæc sunt illa Dei posteriora quæ homini videre fas est. *Exod. 33.* Nimirum opera Dei per quæ à posteriori, & per effecta cognoscitur. An potius per id Scriptura innuit Deum venientem non sentiri, sed postquam transivit & percussit, demum agnosci? Nes-  
cimus



32      *De cognitione Dei.*  
cimus enim quid Deus fa-  
cturus sit, sed postquam ope-  
ratus est, seu punivit, seu li-  
beravit, ejus vis agnoscitur.

Neque vero hæc eo perti-  
nent ut probem esse Deum,  
quem ipsi dæmones confi-  
tentur; Quem qui negat di-  
gnior est tortore qui cruciet,  
quam Philosopho qui do-  
ceat. Sed hæc affero ut do-  
ceam, quibus adminiculis  
humana ratio subnixa, illum  
divinitatis sensum primitus  
insitum adjuverit, & ad Dei  
qualemcumq; cognitionem  
pervenerit. Tum ut id quod  
Paulus ait Actorum cap. 14.  
*Deum nunquam se reliquisse*  
*absque testimonio*, non solum  
de externis testimoniis in-  
telligatur, qualia sunt pluvix  
& fer-



*De cognitione Dei.* 33

& fertiles anni, sed etiam ad  
externa creaturarum, & ad  
interna conscientiae testimo-  
nia extendatur.

Sed neque per hæc puto  
effici, hanc enuntiationem,  
DEVS EST, esse de earum  
genere quæ sunt notæ natu-  
ra. Aristoteles 2. Posterio-  
rum, t.6. ait eas Enuntiationes  
esse notas natura quæ in-  
tellectis terminis necessario  
creduntur. Vt si quis scit quid  
sit *totum*, & quid sit *pars*, non  
potest non scire & credere  
totum esse majus partibus.  
Nec quisquam unquam à se  
impetrabit ut aliter credat.  
At hæc oratio, DEVS EST,  
non est ejusmodi. Nam post  
intellectas voces, inventi  
sunt qui negarent esse Deum.

Quan-



34 *De cognitione Dei.*

Quanquam eos semper  
fuisse perpaucos existimo.  
plurimos quidem qui Deum  
agnoscendo, negarent Dei  
providentiam, quælibet ætas  
tulit, quia hæc opinio sub-  
palpatur vitiis & aptissima  
est ad laxandam fibulam in-  
temperantiæ. At qui Deum  
prorsus negaverint vix sin-  
gulos invenias in singulis se-  
culis. Nam Diagoram Me-  
lium Atheismi insimulatum  
constat; non quod Deum ne-  
garet, sed quod Athenien-  
sium ficta numina, inanesq;  
superstitiones contemneret.  
Hic nempe est qui Herculem  
ligneum cruribus arreptum  
in ignem conjecit, dicens,  
hic erit tibi decimus tertius  
labor. Idemque sentiendum  
esse

Diag  
esse de Th  
co. Ereme  
civore, qui  
docet Cle  
nus in Pro  
Hacten  
mens, non  
civare, est,  
adjuvare  
venit ut a  
At cur  
Dei narit  
& ratio h  
sancificere  
quæritur q  
deanissima  
sele animo  
Dei angit  
in tenebra  
etis scote  
Quidam v  
Virgilius



*De cognitione Dei.* 35

esse de Theodoro Cyrenai-  
co, Evemero, Hippone, Ni-  
canore, qui habitusunt Athei,  
docet Clemens Alexandri-  
nus in Protreptico.

Hactenus ergo humana  
mens, non infeliciter ratio-  
cinata est, & duce natura, &  
adjutrice Philosophia eo per-  
venit ut assereret esse Deum.

At cum deventum est ad  
Dei naturam explicandam,  
& ratio humana conata est  
satisfacere quæstioni qua  
quæritur quid sit Deus, ibi  
densissima ignorantia caligo  
sele animo offudit, & lux ipsa  
Dei ἀποστειλόμενη homini versa  
in tenebras, oculos intelle-  
ctus scotomate percussit.  
Quidam, ut Plato, Cicero, & *An.*  
Virgilius, censuerunt, Deum *lib. 6.*  
esse



36 *De cognitione Dei.*

esse animam mundi, quæ sic regat & moveat mundum ut anima hoc corpus. Alij dixerunt Deum esse quicquid est. Notum est illud Euripidis.

Ὁ ρᾶς τὸ ὑψὲ τόνδ' ἀπὸρον αἰθέρα  
καὶ γλῶ πέρειξ ἔχοντα ἄγραυς ἐν  
ἀγκύλαις,

Τῆτον νόμιζε Ζεῦα, τόνδ' ἠγῆ  
θεόν.

Fuit qui diceret Deum esse circulum, cujus centrum sit ubique, circumferentia nullibi. Vulgatum est quomodo Simonides Hieronem rogantem quid esset Deus longa comperendinatione frustratus sit, petens unum diem moræ ad respondendum, deinde biduum, post etiam triduum, & sic porro, semper professus sibi nondum lique-

re,



*De cognitione Dei.* 37

re, & difficultatem augeri  
indies, & sub manum cres-  
cere .

Iudæi ut docerent essen-  
tiam Dei esse inexplicabi-  
lem, ipsum nomen Dei vo-  
luerunt esse *αὐτὸς φωνήεν*, seu  
ineffabile, & quod humano  
eloquio usurpari non possit  
nec debeat. Quod videtur  
innuere Angelus, qui & vo-  
catur Deus, qui cum Iacobo  
luctatus est. Nam petenti  
Iacobo ut nomen suum ede-  
ret, noluit obsequi, sed dixit,  
*Cur meum nomen rogas?* Sic &  
Angelus, qui perinde Deus  
appellatur, Iudic. 13. Ma-  
noam Samsonis patrem scis-  
citantem quodnam esset ejus  
nomen, hac oratione repres-  
sit. *Cur sciscitaris nomen me-  
um? est*



38      *De cognitione Dei.*  
*um? est enim admirabile. Ho-*  
*diè in Hebræis codicibus*  
*Dei nomen scriptum est*  
*I E H O V A H. Quod nomen*  
*videtur data opera ita scri-*  
*ptum à Rabbinis, ut nomen*  
*Dei, quod fronti cidaris sum-*  
*mi Pontificis inscriptum e-*  
*rat, absconderetur. Nam Io-*  
*sephus qui fuit Pharisæus &*  
*Sacerdos libro sexto Belli*  
*Iudaici testatur nomen præ-*  
*fixum tiaræ Pontificis ha-*  
*buisse τῆσ αργῶ φωνῆεντῶ qua-*  
*tuor vocales, & meris qua-*  
*tuor vocalibus constitisse;*  
*ut planè videatur hoc no-*  
*men fuisse, non Iehovah sed*  
*Iova, pronunciando i & v*  
*vocali sono. Quod & vox Io-*  
*vis ab Ethnicis usurpata in-*  
*dicat. Nec multum ab hoc*  
*absc-*

De  
abscid  
qui loco  
Historia  
IAD rpe  
Alexand  
lib. 5 no  
qui quod  
raturæ  
ille I A O  
iisdem  
cum vo  
disposit  
rari ro  
hac voc  
Dei esse  
la enim  
Dei, im  
dem au  
expima  
la foret  
lingua  
fuerit



abscedit Diodorus Siculus,  
qui libro primo Bibliothecæ  
Historicæ, Deum Mosis ait  
ΙΑΩ appellatum. At Clemens  
Alexandrinus Stromatum  
lib. 5 nomen illud *τελεγεργαμ-* P.240  
*μον*, quod circumscriptum e-  
rat tiaræ Sacerdotali, dicit fu-  
isse ΙΑΟΥ, quæ quidem vox  
ijsdem vocalibus constat,  
cum voce ΙΟΥΑ, sed aliter  
dispositis. Sed ut ut sit, aber-  
rant toto cælo qui putant  
hac voce aut quacunque alia  
Dei essentiam exprimi. Nul-  
la enim vox dari potest quæ  
Dei, immo ne hominis qui-  
dem aut lapidis essentiam  
exprimat: Cum nomina nul-  
la sint essentialia; nec ulla sit  
lingua naturalis, sed nomina  
fuerint rebus indita *κτ' ουκ*

*ἴσχυται*



40 *De cognitione Dei.*

*Ἰνκλυ* & ex instituto. Sola nomina ficta per ὀνομαστικαίαν, ut crocitare, boare, essentiam exprimunt rerum quas significant.

Sed Dei essentia ut sermone exprimi non potest, ita nec mente concipi. Cujus rei causę sunt plurimę. Nam nec infinitum capi potest à finito: & lux Dei inaccessa mentis aciem præstringit, fatente Aristotele secundo Metaphysicorum, intellectum nostrum se habere ad prima entia, vt oculi noctuarum se habent ad lumen Solis. Idem ait nihil esse in intellectu quod non prius fuerit in sensu: at Deus non usurpatur sensu. His adde quòd intellectus in hoc corpore

Di  
pore non  
pharisa  
gendam  
subinde  
dem sic  
vant, v  
dum Deu  
firum co  
ria, ve  
parium  
rijs acc  
rum el  
per ges  
aut si dit  
fi, defici  
dentia  
gens, v  
rentia, n  
rotus sic  
Ad h  
oblati  
non m



*De cognitione Dei.* 41

pore non intelligit nisi ope phantasiæ, & inter intelligendum se ad phantasmata subindè convertit: quæ quidem sic intellectum adjuvant, vt simul obturbent: dum Deum imaginantur vestitum conditionibus materiæ, nempe quantitate, & partium extensione, & varijs accidentibus. Tum notum est pueris, res definiri per genus & differentiam, aut si differentia non præstò sit, describi per propria accidentia. At Dei nullum est genus, nulla specifica differentia, nullum accidens, cum totus sit substantia.

Ad hæc incommoda & obstacula accedit humana non modo tarditas & infirmitas,



42 *De cognitione Dei.*

mitas, sed & pravitas & negligentia. Nam ab hoc studio plurimi revocantur tarditate ingenij hebescentis ad contemplationē sublimium. Quidam negotiis civilibus & cura rei familiaris, quæ sursum nitentem animum ad terrena revocat, & ut ita loquar, alas intervellit meditationi. Plurimi vero addicti ventri, voluptatum mancipia, rerum divinarum studium ut rem ad se nihil pertinentem immo ut rem infortunam & μετέωρον λεπτολογία, aspernantur.

Eorum vero qui ad Dei cognitionem animum suum applicant, perpauci tenent rectum cursum, sed aut statim absistunt incœpto, aut  
verti-

De cog  
vertiginē  
rudentes in  
nia defecte  
ribus impi  
Deorum m  
tiles larva  
Ethnicis. L  
gistrum m  
non idone  
nem parv  
jubei col  
εγγυησι  
bi consule  
quisque p  
pecaliare  
Hinc eme  
Deorum l  
tingiata m  
pure excre  
tum est ho  
stobolus  
metri, et



vertigine correpti, & corruentes in limine, & ad inania deflectentes ipsi se erroribus implicant. Inde illa Deorum monstra, & umbratiles larvæ, quæ coluntur ab Ethnicis. Idque vel quia Magistrum nacti ad eam rem non idoneum, consuetudinem patriæ sequuntur, quæ jubet colere Deos ἐφεστῖς & ἑγχωεῖς, putantes melius sibi consultum iri, si sibi unusquisque privatum aliquod & peculiare Numen asciscat.

Familiars  
& patrios.

Hinc emerfit infinita illa τρεῖς γδ Deorum lerna quæ jam ad μύριοι triginta millia Hesiodi tempore excreverat. Tum infinitum est homini, quæ est ejus χθονὲ stoliditas; Deum ex homine πολυ- metiri, eumque vestiri non βουεῖ-

C modo



ρη Δαί modo humana figura sed &  
 ρονες affectibus. Non putant ho-  
 οι δαί- mines se Deum ritè colere,  
 νοσ ρι nisi eum faciant homini si-  
 φύλα- milem aut bestiaë, ut ha-  
 κες beant objectum aliquod præ-  
 ρερό- sens in quod oculos & reli-  
 πων gionem intendant. Hæc erat  
 ειν πρώ- Israelitarum ad Aaronem  
 πων oratio. Exod. 32. *Fac nobis*  
*Deos qui ante nos incedant.*  
 Nempe cum Deus fecerit  
 hominem ad Dei imaginem,  
 homines vicissim, quasi ad  
 hostimentum, volunt facere  
 Deum ad imaginem homi-  
 nis. Apud quem Deum à se  
 fictum, postquam cæremoni-  
 nis quibusdam defuncti  
 sunt, non modo videntur si-  
 bi probè tuti adversus pecca-  
 ta commissa, sed & putant  
 sibi



*De cognitione Dei.* 45

sibi in posterum partam esse  
peccandi licentiam.

His de causis non defue-  
runt qui desperationem ver-  
tentes in iudicium, censue-  
runt Deum non posse co-  
gnosci, & in vestiganda eius  
natura, frustra operam collo-  
cari. Quorum quidem mo-  
destiæ æquum esset ignosce-  
re, nisi plus haberet ignaviæ,  
& nisi ex imminutione co-  
gnitionis Dei, amor ejus mi-  
nueretur: Et nisi eodem con-  
temptu, quo negligitur co-  
gnitio naturæ divinæ, co-  
gnitio quoque divinæ vo-  
luntatis contemneretur.

Melius Plato, cujus Ci-  
cero premit vestigia, de Deo  
multa dixit vera & splendi-  
da, dum eum ait esse rerum

C 2    omnium



46 *De cognitione Dei.*  
omnium authorem, & moderatorem, optimum, maximum, qui omnia pervideat, atque sustentet, sapientisque vitam nihil aliud esse quam reditum ad Deum: ad Deum vero iri studio pietatis atque justitiæ. Hæc & plura ejusmodi habes in Platonis Politico, Philebo, Theæteto & Timæo, ubi multa habes hausta ex veteri Theologia, quam Plato didicerat in Syria & Aegypto.

*Physi-*  
*corum*  
*lib. 8.*  
*cap.*  
*Meta-*  
*phys.*  
*l. 6. 12.* Aristoteles ingenio acrior addit, Deum esse primum motorem, primum ens, & vim motricem, quæ tamen sit immobilis: ad quem ut ad finem intelligentiæ cœlestes perpetuo moventur. Hanc esse causam perpetui motus cœlo-



cælorum, qui ciet cæteros  
motus, & in inferiora in-  
fluit.

Nam etsi pervidere arca-  
na Dei, nosse ejus essentiam,  
nulli creaturæ datum est, im-  
mo nec Angelis, quia finitæ  
facultatis ad infinitum obje-  
ctum nulla est proportio:  
non sunt tamen ea negligenda  
quæ de Deo à creaturis ul-  
tro ingeruntur: vel quæ vis  
humani ingenij meditando  
est consecuta. Nec suffocanda  
sunt scintillæ naturales  
cognitionis Dei, sed admo-  
tis fomitibus, suscitandæ  
sunt & ventilandæ, ut ex ijs  
amor Dei accendatur. Non  
enim amamus ignota, sed ex  
cognitione boni amor &  
fruenti cupiditas inardescit.

C 3 Quod



48 *De cognitione Dei.*

Quod si Dei non datur Genus Synonymum, nec differentia specifica, datur tamen genus illud quod Analogum dicitur, datur differentia, non quidem specifica, sed quæ vocatur Negativa, veluti cum bestiam dicimus esse animal irrationale: quæ sub modo qualitarum propriatum ab intellectu comprehensa, ad aliquam Dei notitiam animos perducunt.

Ego quidem arbitror, commodissimè & quantum fert captus hominis, sic exprimi quid Deus sit. Nempe *Deum esse primum & summum ens & perfectissimum, à quo fluit & dependet omnis entitas atque perfectio.* Nam cætera  
quæ



*De cognitione Dei.* 49

quæ ei tribuuntur, æternitas, simplicitas, sapientia, & alia id genus, sub hac voce summæ Perfectionis continentur.

Dico autem à Deo non tantum esse omne ens, sed etiam omnem entitatem ab eo indefinenter dependere. Quia Deus dat *esse & vivere* creaturis, eodem modo quo Sol dat suos radios : qui sic ab eo emittuntur ut semper ab eo dependeant : qui si faciem suam tantisper absconderet, illico cessaret lux, & radij evanescerent. Quod Psaltes innuit, Psal. 104. *Si abscondis faciem tuam, turbantur, si spiritum revocas, expirant, & in pulverem resolvuntur.*

C 4 Porro



50 *De cognitione Dei.*

Porro perfectionem illam  
divinam etsi mente concipe-  
re non possumus, nec oratio-  
ne consequi; possumus ta-  
men eam aliquatenus adum-  
brare.

Perfectum multifariam u-  
surpatur. Vulgo perfectum  
dicitur opus quod est abso-  
lutum & consummatum, ut  
domus cuius non amplius  
pendet opus, aut liber qui ad  
umbilicum perductus est.  
Deus non dicitur *Perfectus*  
hoc modo. Talis enim per-  
fectio procedit ad perfectio-  
nem ab imperfectione, quæ  
nulla unquam in Deo fuit.

Perfectum quoque dicitur  
unumquodque cui nihil  
deest eorum per quæ possit  
finem assequi, ad quem res  
illa



illa ordinata est. Hoc sensu omnia Dei opera in sua specie sunt perfecta. Et ne Momus quidem in illis inveniat aliquid quod carpat aut desideret. Neque hoc modo Deus perfectus dicitur, quia non est ad certum finem ordinatus, cum ipse sit summus finis.

Sed Perfectum Deum sic dicimus, ut nulla absolute ei desit perfectio. Vnumquodque enim eatenus est imperfectum, quatenus est in potentia passiva ad aliquem actum. At Deus est purus actus, nec in eo ulla est passiva potentia.

Quapropter oportet ut quicquid est perfectionis & virtutis in creaturis, non

C 5 modo



52 *De cognitione Dei.*

modo fluat ab illa prima perfectione quæ est in Deo, sed etiam ab ea includatur. Nam ut anima rationalis comprehendit virtutes animæ sensitivæ & vegetativæ; Et omnis potestas Magistratum inferiorum includitur potestate summi Principis; Et ratiocinatio humana includitur intellectu Angelico: Ita omnis perfectio creaturarum includitur perfectione creatoris.

Excipio tamen eas perfectiones creaturarum, quæ sunt vel remedia malorum, vel levamenta & subsidia imperfectionum. Ejusmodi enim perfectiones Deo tribuere non laus est sed contumelia. Exempli gratia, vis  
motrix



motrix qua animal sese movet motu locali est perfectio quædam animalis quæ non est in Deo, quia hæc perfectio est levamentum imperfectionis. Nimirum quia animal non potest eodem tempore simul esse in pluribus locis, data est ei facultas motrix quæ huic imperfectioni aliquatenus medeatur: ut animal saltem in pluribus locis sit successive, & diversis temporibus. Hæc perfectio non est quærenda in Deo, quia cum sit ubique, non habet quo se moveat.

Sic ratiocinari & texere Syllogismos est perfectio quædam humanæ menti à Deo indita, veritatis indagatrix: & ex notioribus gradum



54 *De cognitione Dei.*

dum sibi struens ad ignotiora. Hæc perfectio, cum sit subsidium ignorantia, & supplementum imperfectio- nis, frustra in Deo quærere- tur, qui non ratiocinatur, nec veritatem indagat, nec ex u- no alterum colligit, quia o- mnia ei pariter nota sunt, & omnia una simplici intelle- ctione cognoscit. Immo ve- ro ut res cognoscat: non o- pus est ut in eas oculum in- tellectus sui convertat: sed ipse se aspicit, & in mente sua videt Archetypum æternum rerum omnium, & in volun- tate sua causam efficientem omnium eventuum. Atque ut si quis totum corpus ha- beret oculis obsitum, aut esset totus pupilla, non opus haberet

Di-  
haberet co-  
risant o-  
constanti  
spectum,  
que temp-  
quaverit  
nia circum  
obretur  
nihil sit  
ro, non o-  
volvat,  
ne succi-  
vam cogi-  
dam affe-  
nem animi  
novum est  
Sic pra-  
ria, & fura  
ria, virtut-  
ctiones h-  
est in tem-  
ctiones



haberet conversione corporis aut oculorum, nec ad circumstantia circumferret aspectum, quia uno eodemque temporis puncto, quo versus aspiceret, & omnia circumstantia ei pariter obversarentur, Ita cum Deo nihil sit magis præsens altero, non opus est mētis aciem volvat, aut res lustret ordine successivo. Nec ad novam cognitionem assequendam affert novam intentionem animi, quia ipsi nihil novum est.

Sic præteritorum memoria, & futurorum prospicientia, virtutes sunt & perfectiones hominis, qui natus est in tempore; & cujus actiones, & duratio, mensurantur

rantur



56 *De cognitione Dei.*  
 rantur à tempore. Quas vir-  
 tutes Deus ei indidit ut hau-  
 sta documenta custodiat, &  
 evitet noxia. Hæ perfectio-  
 nes cum sint remedia imper-  
 fectionum, & subsidia infir-  
 mitatis, non possunt Deo ni-  
 si ἀκρίτως tribui, & quæ ἀνθρώ-  
 ποπαθῶς in hoc argumento  
 de Deo dicuntur, θεοπεπῶς  
 intelligenda sunt. Nam in  
 Deum non cadit memoria  
 præteritorum, nec prospici-  
 entia futurorum, quia om-  
 nia sunt ei præsentia. Con-  
 ditore temporis est ante tem-  
 pus, & supra tempus, nec ejus  
 duratio mensuratur à tem-  
 pore. Nam ut infinitas Dei,  
 non tantum in eo posita est,  
 quod nullis terminis circum-  
 scribitur, sed in eo præcipuè  
 quod

Deo  
 quod totu  
 nec quis at  
 tum posita  
 ter princip  
 eo possunt  
 jus non fi  
 ea ulla est  
 sic enim  
 portiones  
 ter: sed  
 perfectio  
 que mo  
 enim A  
 Boetius  
 voca simu  
 ho. Atque  
 adriam  
 præterit  
 poris pu  
 non ea  
 nondam  
 datur  
 bou



quod totus est ubique: Ita  
nec ejus æternitas in eo tan-  
tum posita non est, quod ca-  
ret principio & fine: sed in  
eo potissimum, quod vita e-  
jus non fluit, sed stat: nec in  
ea ulla est successio partium;  
sic enim vitæ suæ aliquam  
portionem jugiter amitte-  
ret: sed totam suam vitam &  
perfectionem simul eodem-  
que momento possidet. Est  
enim Aeternitas, ut docet  
Boetius, interminabilis vitæ  
tota simul & perfecta posses-  
sio. Atque ut homini sedenti  
ad ripam fluminis, sola aqua  
præsens est quæ ei hoc tem-  
poris puncto obversatur, at  
non ea pars fluminis quæ  
nondum accessit, nec ea quæ  
dudum recessit; Eidem vero  
homi-

*Lib. de  
Consol.  
Phylo-  
sophica.*



58 *De cognitione Dei.*

homini totum flumen præ-  
sens esset, si supra summam  
aeris regionem euectus, uno  
aspectu fontem & ostium  
fluminis posset aspicere: Ita  
oculo Dei, qui est supra tem-  
pus, simul eodemque mo-  
mento observatur totus re-  
rum labentium fluxus, nec  
ei quicquam affluit, ut nec  
quicquam effluit, quia o-  
mnia sunt ei præsentia.

Accedit alterum idque in-  
signe discrimen: nempe quod  
illæ perfectiones quæ in crea-  
turis sunt variæ atque disper-  
sæ, in Deo sunt una eadem-  
que perfectio. Veluti si ali-  
quod esset animal quod uni-  
co sensu omnia ageret quæ  
nos agimus quinque sensi-  
bus; Non secus ac omnes li-  
neæ

Dei  
nec a circ  
trum circ  
centri pu  
quomag  
no, eo  
spargun  
tes creat  
una virtu  
Deo ab  
spargun  
nec ad  
natar.  
Causa  
est, quo  
seu virtu  
sunt qu  
menta  
At unica  
est ipsi  
que cum  
ob mul  
efficitur



*De cognitione Dei.* 59

neq̄ à circumferentia ad centrum circuli protractæ, in centri puncto uniuntur, & quo magis abscedunt à centro, eo magis dilatantur & sparguntur: Ita omnes virtutes creaturarum in Deo sunt una virtus, & quo magis à Deo absceditur, ita magis sparguntur & rarefcunt, donec ad indignissima perveniatur.

Causa hujus discriminis est, quod hæ perfectiones seu virtutes creaturarum sunt qualitates, & ornamenta addita substantijs. At unica illa Dei perfectio est ipsissima ejus essentia, quæ cum sit simplicissima, ob multipliciter tamen effectuum, varia nomina  
forti-



sortitur. Inde est quod in homine aliud est scire aliud velle. Nec præscientia hominis causa est eventus futuri. At cum præscientia Dei sit ipsissima ejus essentia, necesse est eandem esse perfectionem cum voluntate & providentia, ac proinde ejus præscientiæ insit vis non modo præcognitrix sed etiam ordinatrix futurorum. Nec putandum est Deum præscire futuras procellas, aut terræ motus, aut Eclipses quia futuræ sunt: sed potius dicendum, eas futuras, quia id fore Deus præscivit.

Neque tamen per hæc volo, si quando eadem perfectiones Deo & creaturis tribuun-



*De cognitione Dei.* 61

buuntur, has perfectiones de Deo & creaturis prorsus æquivoce prædicari. Sapientia quidem Deo & Angelo non tribuuntur *οτιωονύμως*, & eodem plane sensu, quia hæc in Deo sunt substantia, in Angelo verò qualitates. Nec tamen idcirco æquivoce hæc dicuntur: Nam inter mere *Æquivoca*, ut inter lupum animal, & lupum muricem equinum, nullus est ordo naturæ, nulla dependentia, nec per unum itur ad alterius cognitionem. At Sapientia & Iustitia Angeli, imago quædam est divinæ iustitiæ, & quasi scintilla inde emicans: Et unius cognitio ad alterius contemplationem animum nostrum evehit.



62 *De cognitione Dei.*

vehit. Hæc ergo sunt de eorum genere quæ Analoga appellantur, veluti cum Ens dicitur genus Analogum Substantiæ & Accidentis, & Pes dicitur de pede animalis, & de fulcro mensæ aut lecti: est enim in maxima diversitate non obscura tamen quædam analogia, atque convenientia.

Quocirca quisquis vult ad divinæ perfectionis contemplationem, animum sine periculo attollere, percurrat animo omnes perfectiones quæ sunt in creatura: & ab eis demat & abstrahat quicquid est imperfectionis, nec non omnes perfectiones quæ sunt sublevamenta imperfectionum: his  
omni-

*De cogit  
omnibus de  
peritur erit  
pli gratia.  
Deus dedit  
intelligere  
corpus,  
um, circum  
compositum  
esse acciden  
loco ad lo  
meminisse  
re, ignora  
dependere  
ori, & plu  
demptis, q  
Deus: Ens  
intelligens  
sine principi  
oballo, in  
immutabil  
manifestum  
& sapientia*



*De cognitione Dei.* 63

omnibus detractis, quod supererit erit **D E V S**. Exempli gratia, ab homine cui Deus dedit esse, & vivere, & intelligere, deme ista, esse corpus, habere principium, circumscribi limitibus, compositum esse, subjectum esse accidentium, moveri de loco ad locum, ratiocinari, meminisse, oblivisci, discere, ignorare, posse peccare, dependere ab Ente superiori, & plura ejusmodi; his demptis, quod supererit, erit Deus: Ens nimirum, vivens, intelligens, incorporeum, sine principio, independens ab alio, infinitum, simplex, immutabile, immobile, omniscium, perfecte justum & sapiens.

Qui-



64 *De cognitione Dei.*

Quinimo, etsi quid sit  
Deus non possit à priori de-  
monstrari (Substantiæ enim  
non sunt demonstrabiles,  
nec si essent, Dei essentia  
posset demonstrari, quippe  
cujus nulla est causa) Verun-  
tamen humanitus loquen-  
do, attributorum divino-  
rum quædam à priori de-  
monstrantur, dum unum  
ex altero necessaria conse-  
cutione deducitur. Sic ex  
Dei infinitate potest de-  
monstrari ejus immobili-  
tas. Quo enim se movere  
posset qui est ubique? Eo-  
demque modo ex Dei sim-  
plicitate deducimus ejus in-  
corruptibilitatem: omnis e-  
nim corruptio fit ex dissolu-  
tione compositi. Sed & ex  
eadem

Dei  
eadem su  
rio confi  
esse acci  
esset sum  
stantia t  
staret.  
sciencia  
bilis  
Tunc e  
tant h  
incep  
venit  
expecta  
His q  
manat  
az natu  
tel per  
exercita  
ercitatu  
Deiter  
quis d  
qua D



*De cognitione Dei.* 65

eadem simplicitate necessario conficimus in Deo non esse accidentia: non enim esset simplicissimus si ex substantia & accidentibus constaret. Tum ex Dei omniscientia colligitur immutabilitas Decretorum Dei. Tunc enim homines mutant sua decreta & absistunt incepto, quando aliquid evenit improvisum & præter expectationem.

His quasi alis subnixa humana ratio ad aliquam divinæ naturæ cognitionem potest pervenire: quibus præexercitamentis animus exercitatus, documenta verbo Dei revelata facilius concoquit, & avidius arripit. De qua Dei sublimiori & meliori

liori



66 *De cognitione Dei.*  
liori cognitione deinceps a-  
gendum est.

Deus igitur, qui se rudio-  
ri penicillo in creaturis ad-  
umbravit, idem se in verbo  
vivis & lucidioribus colori-  
bus expressit. Idque bifari-  
am. Alia enim est Dei cog-  
nitio quæ Lege Dei traditur,  
alia quæ continetur Evan-  
gelio. Quæ duæ cognitio-  
nes respondent illis duabus  
arboribus primitus planta-  
tis in Paradiso: quarum al-  
tera dabat scientiam boni &  
mali, quod Legis est officiū:  
Altera ferebat fructum vitæ,  
quod munus est Evangelij.

Habemus ergo tres vias  
cognoscendi Deum: unam  
per Dei opera, secundam  
per Legem, tertiam per E-  
van-

De cog-  
vangelium  
gatio per E  
ge eminet.  
cognitiones  
nostis sub  
torem & D  
Magistram  
tem & rede  
ille Dei c  
cent quali  
hac verb  
esse erga  
injiciat,  
rationem:  
rigit, & am  
quædæ ut  
Dei per E  
nitio ejus p  
la seculari  
ro per lege  
conscientia  
ignotissim



vangelium. Inter quas cognitio per Evangelium longè eminent. Nam aliæ duæ cognitiones Deum animis nostris subjiciunt, ut creatorem & Dominum, & vitæ Magistrum, at hæc ut Patrem & redemptorem. Duæ illæ Dei cognitiones docent qualis Deus sit in se, hæc verò qualis Deus velit esse erga nos. Illa metum injiciunt, & adferunt admirationem: hæc verò spem erigit, & amorem creat. Usque aded ut sine cognitione Dei per Evangelium, cognitio ejus per opera sit otiosa speculatio: cognitio vero per legem sit terrificæ & conscientias premens onere intolerabili.

D

Deo



68 *De cognitione Dei.*

Deo igitur non satis fuit,  
nos erudire per creaturas,  
quæ certatim summoque  
consensu, Deo testimoni-  
um perhibent, sed insuper  
os suum sacrosanctum rese-  
ravit, ut nos per verbum  
suum imbueret cognitione  
sui, & per cognitionem a-  
morem accenderet.

Nam ex mundi quidem  
opificio agnoscitur Dei po-  
testas & sapientia, at non  
iustitia nec misericordia, si-  
ne quorum cognitione non  
est salus. Tum Dei opera  
restantur quidem opificis  
magnitudinem, at non pa-  
tefaciunt ejus voluntatem,  
nec tradunt qua ratione co-  
lendus sit. Quinimo cum  
contemplatio creaturarum  
Deum

Deo  
Deum co  
subiecti  
tibus, & c  
sum & terr  
solam con  
horrorem  
cis amari  
contempla  
per accede  
placere e  
dem fac  
Tunc de  
libus oem  
veluti ve  
calati, po  
bo suo pat  
monstra  
Quid e  
ista oper  
ratione  
h. admo  
Quida



*De cognitione Dei.* 69

Deum cogitationi nostræ  
subjiciat, armatum fulmi-  
nibus, & concutientem cœ-  
lum & terram solo nutu: ad  
solam consternationem, &  
horrorem metumque judi-  
cis armati, esset efficax hæc  
contemplatio, nisi alia insu-  
per accederet doctrina, quæ  
placaret conscientias, & fi-  
dem faceret amoris Dei.  
Tunc demum cœlum filia-  
libus oculis contemplamur,  
veluti vestibulum paterni  
palatij, postquam Deus ver-  
bo suo paterni amoris certa  
monstravit indicia.

Quid quod cæcutimus in  
ipsa operum Dei contem-  
platione nisi verbo Dei qua-  
si admotis conspicihbus di-  
stincta appareant, quæ æ-

D 2 gre



70 *De cognitione Dei.*  
gre internoscebantur. Hoc  
innuit Apostolus ad Hebr.  
cap. 11. Fide (inquit) intelli-  
gimus aptata esse secula, ut  
quæ cernimus non sint ex  
apparentibus facta. Innu-  
ens creationem mundi ex  
non præexistente materia  
ab ijs demum ut par est cre-  
di qui fidem adhibent ver-  
bo Dei. Vultis id palam fic-  
ri exemplis? Nota est crea-  
tionis historia qualis à Mo-  
se refertur initio Geneseos.  
Ibi narratur Solem quarto  
demum die creatum esse.  
Iam tres dies, totidemque  
noctes effluxerant cum Sol  
creatus est. Nempe per hoc  
docemur Deum sic Sole uti  
ad illustrandum orbem, ut  
tamen sine eo & ante eum  
ipse

Deop  
ipse sua luc  
rit, nec fir  
zantibus  
usensque  
poretur pro  
his verbis  
ra & mane  
de ceteris d  
septima no  
perunt h  
nem: E  
es septima  
figura qui  
tenaz, cu  
Sic cum de  
cant Physic  
men Dei v  
fuis & fig  
reit. Quo  
tis & mylt  
ri & hanc  
Deus con



*De cognitione Dei.* 71

ipse sua luce mundo illuxerit, nec sit astrictus causis naturalibus. Cumque uniuscujusque diei à Mose designetur principium & finis his verbis: Fuitque vespera & mane diei primi, & sic de cæteris diebus: in sola die septima nullam Moses vespertinæ horæ facit mentionem: Et merito: Nam quies septimæ diei umbra est & figura quietis cœlestis & æternæ, cujus non est finis. Sic cum de Iride multa dicant Physiologi, ex solo tamen Dei verbo verus Iridis finis & significatio disci potest. Quot vero documentis & mysterijs referta est viri & fœminæ creatio? Sane Deus conformans hominis

D 3 corpus



72 *De cognitione Dei.*

corpus ex luto, formavit e-  
jus animum ad humilitatem  
& piam demissionem, re-  
cordatione originis ex re  
tam sordida. Idem dum viro  
dormienti creat uxorem, ad-  
monet bonam uxorem non  
contingere viro sua pruden-  
tia aut vigilantia, sed Dei  
beneficio: eamque quasi  
dormienti à Deo suffici.  
Tum ipsa creatio ex parte  
contigua præcordijs, quid  
nisi fidem & amorem innu-  
it? Ne persequar mysteria  
recondita, & quo pacto A-  
dam ad obrutus alto sopo-  
re, qui ab Homero voca-  
tur *ἠγερέων* & *Ἰανέτιο*, fue-  
rit figura Christi somno  
mortis obruti, quo somno  
Deus usus est ad ei susci-  
tandam



*De cognitione Dei.* 73

tandam sponsam, nempe  
Ecclesiam.

Ac profecto animus im-  
butus verbo Dei multo ma-  
jorem percipiet fructum &  
voluptatem ex contempla-  
tione creaturarum. Nam  
præterquam quod agros,  
sylvas, & quicquid in ter-  
ris amœnum est, aspiciet ut  
paterna vireta, & obambu-  
labit ut in suo, fructusque  
colliget quos scit suo jure ad  
se pertinere, quia omnia  
hæc creata sunt ad usum fi-  
liorum Dei: Illud accedit  
quod nullam in partem con-  
vertit oculos, quin aliqua  
imago virtutis occurrat, &  
alicujus eorum quæ in verbo  
Dei legit aut audivit refri-  
cetur memoria. Si vir pius

D 4      &c



74 *De cognitione Dei.*  
& Deum ex verbo cognoscens, fontem scaturientem aspicit, statim succurrit illud Ioh. 4. de fonte vitæ, & aquis scaturientibus in vitam æternam. Si videt Solem, cogitat quanto major sit lux Solis justitiæ. Si considerat vicissitudinem dierum & noctium, solatur se memoria firmitatis fœderis Dei: Deo ipso sic loquente per Ieremiam, *Si potestis rescindere pactum meum cum die & nocte, ne per vices fluant, ita poteritis rescindere fœdus meum cum Davide.* Si occurrit opilio agens oves pedo, statim illud succurrit ex Psalmo, *Deus est Pastor meus, nulla re indigebo.* Denique quamque in partem circunfert

De  
confert  
suggeret  
bruique  
statz m  
Quod  
tionis di  
quoque  
bernatio  
providet  
eta cæc  
verbo l  
culos il  
ma abl  
sunt qui  
nitorum  
nis Deu  
rem: au  
asciplot  
tionis.  
thonis l  
stabat l  
Vulcan



cūnfert oculos, multa ei  
suggeretur materia laudis:  
latusque campus aperietur  
sanctæ meditationi.

Quod de operibus crea-  
tionis dicimus, sentiendum  
quoque est de operibus gu-  
bernationis, & de divina  
providentia, ad cuius effe-  
cta cæcutiunt homines nisi  
verbo Dei quasi collyrio o-  
culos illeverint, & glauco-  
ma absterferint. Non de-  
sunt quidem exempla Eth-  
nicorum, qui pressi ærum-  
nis Deum agnoverunt ulto-  
rem: aut liberati malis Deo  
ascripserunt laudem libera-  
tionis. Insigne est illud Se-  
thonis Regis Ægypti, qui  
stabat lapideus in Templo  
Vulcani, tenens manu mu-

D s rem



76 *De cognitione Dei.*

rem, adscripto hoc Elogio,

εἰς ἐμὲ τὸ ὄρεον ὑπεβῆς ἔστω, &

*Hesiod.* gratias agens Deo quod  
*Enter.* Sennacheribi Regis Assyri-  
*pe.* orum exercitum immissa  
murium multitudine di-  
sturbasset. Et Phlegias ille  
sexto *Æneidos* inter Tarta-  
ri cruciatus fingitur excla-  
mans, Discite Iustitiam  
moniti, & non temnere di-  
vos. Inde Nemesis illa &  
Rhamnusia improborum  
successibus imminens. Inde  
in *Tragædijs*, si dignus Deo  
vindice nodus inciderat,  
producebatur Deus aliquis  
caput exerens ex machina.  
Sed rara hæc erant, quasi ab  
invitis expressa, & levia præ-  
ijs quæ discimus ex Dei ver-  
bo de Dei providentia, de  
capil-

De  
capillis  
Deo con  
quorum  
ram ab  
De imp  
tantib  
foream  
var. De  
& per  
dium  
coran  
modo  
sed er  
Non  
peram  
culis  
cum  
quæ  
nos m  
vpon  
rolog  
tur



*De cognitione Dei.* 77

capillis quorum numerus  
Deo constat; De passerulis  
quorum nullus cadit inter-  
ram absque Dei voluntate:  
De improbitantisper exul- *Ps. 94.*  
tantibus interea dum ipsis  
foveam divina manus exca-  
vat: De Deo scrutante renes,  
& pervidente arcana cor-  
dium: De reddenda ratione  
coram Dei tribunali, non  
modo malarum actionum,  
sed etiam verbi otiosi.

Non secus ac plebs plateas  
perambulans, conversis o-  
culis in Horologium publi-  
cum ex indice cognoscit  
quæ sit hora diei: sed arca-  
nos motus automati operis  
ignorat: At qui ipsum Ho-  
rologium ingreditur, mira-  
tur rotas & pondera, com-  
ple-



78 *De cognitione Dei.*

plexosque inter se motus  
observat, incipiens à primo  
movenente, & desinens in ul-  
timo quod movetur. Ita vul-  
gus hominum rerum even-  
tus videt, quantum patent  
oculo, & omnium oculis  
obversantur. At qui in pene-  
trale verbi divini admissus  
est, miratur seriem comple-  
xam divinorum consilio-  
rum, & providentiæ mo-  
menta ponderat. Sic David  
fatetur se inter initia invi-  
dise successibus improbo-  
rum, & non mediocriter  
perturbatum dum videt im-  
piis omnia fluere non modo  
ex voto, sed etiam supra vo-  
tum. Interea dum pij & qui  
populus Dei appellantur a-  
quam amarulentam *ἀμυρῆς*  
bibunt,

*Pf. 73.*

De  
bibunt  
hauriunt  
turbatio  
postqua  
tium in  
quali ex  
probo  
gover  
num bo  
staru  
ultimo  
manda  
bus au  
bebarv  
à quo  
tiample  
terur.  
His  
lio qua  
pfitent  
struere  
que re



*De cognitione Dei.* 79

bibunt, plenisque Scyphis hauriunt. Quam animi perturbationem ait resedisse, postquam in Dei Sanctuarium ingressus est, unde quasi ex specula exitum improborum prospexerit, & agnoscerit felicitatem hominum non ex præsentium rerum statu, sed ex Dei consilio, & ultimo rerum eventu æstimandam. Hoc rectum de rebus humanis iudicium debebat vir sanctus verbo Dei, à quo se hausisse prudentiam plusculis in locis profiteretur.

His adde quod si nullo alio quam creaturarum magisterio, ad Dei cultum instrueremur, facile sibi quisque religionem comminiscere-

cere-



80 *De cognitione Dei.*  
ceretur ex arbitrio : & ut  
quæque creaturarum , ad  
humanam vitam plus con-  
fert utilitatis , ita ei deferret  
divinos honores. Inde est  
quod Solem Persæ colue-  
runt , quia Sole nihil vide-  
bant pulchrius , nec sentie-  
bant efficacius. Inde est  
quod Ægyptij Bovem co-  
luerunt , cuius in terra co-  
lenda usus est maximus : &  
Ibin quia procera avis ro-  
stro corneo conficit colu-  
bros , & Ægyptum serpen-  
tibus expurgat. Quocirca ut  
quisque claruit fortitudine,  
aut laude civilis prudentiæ,  
aut inventione Artium , ita  
facile à posteris illatus cœ-  
lo , & in Deorum numerum  
relatus est.

Quod

Deo  
Quod  
mi colit  
non pote  
num pote  
las obser  
nes comm  
mendacib  
dant & l  
Deo qu  
prudenc  
cerent.  
mum i  
Vir eni  
dens ,  
mbes co  
distrabi  
se plena  
ut relig  
merum  
sentent  
detur  
quippe



*De cognitione Dei.* 81

Quod nisi lux verbi divi-  
ni cœlitus affulgeat, dici  
non potest quanta religio-  
num portenta, quam frivo-  
las observatiunculas homi-  
nes comminiscantur, quam  
mendacibus fucis Deo illu-  
dant & sibi: ea tribuentes  
Deo quæ vel mediocriter  
prudentem hominem dede-  
cerent. Quæ vanitas Atheis-  
mum in mundum invexit.  
Vir enim humanitus pru-  
dens, qui videt gentes &  
urbes contrariis sententiis  
distrahi, & omnia fabulis es-  
se plena, facile eo delabitur  
ut religionem credat esse  
merum figmentum. In quam  
sententiam Plutarchus vi-  
detur fuisse propensior,  
quippe qui libro in eam rem  
edito



82 *De cognitione Dei.*

edito probare conatur Atheismum tolerabiliorem esse superstitione. Superstitiones autem vocatos esse qui totos dies precabantur & immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent: religiosos autem qui ea quæ ad cultum Deorum pertinerent relegerent, & sedulo pertractarent, docet Cicero lib. 2. de Natura Deorum. Sed vir bonus nescivit eam ipsam quam vocabat religionem, superstitionem fuisse.

Tam densis tenebris immerfos fuisse populos quibus lux verbi Dei non orta est, non est mirandum. Nam ut gentes quæ non callent rationem fiderum & cursus Solis,

De  
Solis, t  
mensum  
perurbat  
randum.  
Dei verb  
circa reli  
erroribus  
qui Deum  
regulam  
pram, re  
sunt sine  
cunque  
Myriada  
mantana  
religione  
fientes  
Deum c  
Abraham  
& signat  
ris, & M  
agnosce  
verbi d



*De cognitione Dei.* 83

Solis , totam annorum & mensium rationem habent perturbatam: ita non est mirandum , si gentes quibus Dei verbum occultum est, circa religionem infinitis se erroribus implicent. Nam qui Deum non colunt iuxta regulam verbo Dei præscriptam , teste Paulo ad Eph. 2. sunt sine Deo in mundo, ut cunque colant divorum Myriadas. Quin & cum Samaritani proxime ad veram religionem accederent, profitentes se colere unum Deum creatorem , Deum Abrahami, Isaaci, & Iacobi, & signati essent signo fœderis , & Mosem Legislatorem agnoscerent, tamen quia à verbi divini regula desciverant,



84 *De cognitione Dei.*

rant, & , secessione facta, se  
ab Israelitis absciderant;  
Christus Iohannis 4. dicit  
Samaritanos nescire quid  
colerent. Usque adeo neces-  
se est in salutis negotio ha-  
bere Deum manucto-  
rem, & eius verbum pro re-  
gula.

At ubi alicui populo lux  
verbi divini illuxit, illico  
diffiantur religionum com-  
menta, & figmenta humani  
cerebri evanescent, reg-  
numque Satanæ quod se-  
ruebatur tenebris, admissa  
luce, corrui. Tunc non ine-  
leganter potest usurpari il-  
lud Davidis, Psal. 104. Si-  
mulac. inductæ sunt tene-  
bræ, prodeunt lustris feræ,  
& caruli leonum rugientes  
ad



*De cognitione Dei.* 85

ad prædam. At simulac Sol  
ortus est, sese abdunt lati-  
bulis, nec prodire audent.  
Homo autem reperit pen-  
sum suum, vacatque suo ne-  
gotio usque ad vesperam.  
Nimirum quando atra ig-  
norantiæ caligo terris incu-  
buit, Satan & eius admini-  
stri impune exultant instar  
ferarum crudelium. At si-  
mulac Sol verbi Dei affulsit,  
abdunt se lucifugæ, quibus  
veritas exosa est: tunc vero  
pij vacant penso suo usque  
ad vesperam, id est, vacant  
vero Dei cultui, & incum-  
bunt bonis operibus, donec  
ad vitæ huius vesperam feli-  
ci morte perveniant.

Vt ergo pervenias ad ve-  
ram & salutarem Dei cogni-  
tionem



26 *De cognitione Dei.*

tionem, alio opus est magisterio, & clarioribus documentis, quam iis quæ ex operibus creationis habentur, & à ratione humana suppeditantur. Non satis fuit Magis illis inquirentibus cunas Redemptoris, habere stellam ducem, sed insuper voluerunt instrui Prophetarum testimonio. Non, si stellarum omnium calles magnitudines, motus, virtutes & intervalla; posses his ducibus ad Deum pervenire, nisi accesserit vox Dei, & Prophetarum ac Apostolorum documenta. Idcirco Psaltes, Psalmo 19. postquam dixit cælos enarrare gloriam Dei, & corporibus cælestibus quamvis elinguis

De  
guibus  
nulligen  
trant ad  
nos man  
rem Mag  
riora &  
ta. Lex  
integra,  
mam, testi  
verum. un  
imperies  
Nequ  
nent ut  
re eos qu  
edocti, ve  
nem noal  
erli his du  
tem Dei  
test perve  
merito da  
pugnave  
bus infu



*De cognitione Dei.* 87

guibus tribuit sermonem  
nulli genti inauditum : mox  
transit ad Legem Dei, quasi  
nos manuducens ad melio-  
rem Magistrum & ad cla-  
riora & certiora documen-  
ta. Lex (inquit) Domini est  
integra, convertens ani-  
mam, testimonium Domini  
verum, imperitis sapientiam  
impertiens.

Neque vero hæc eo perti-  
nent ut doceam culpa vaca-  
re eos qui solis Dei operibus  
edocti, veram Dei cognitio-  
nem non sunt assecuti. Nam  
etsi his ducibus ad sufficien-  
tem Dei notitiam non po-  
test perveniri, ideo tamen  
merito damnati sunt, quod  
pugnauerunt cum notioni-  
bus insitis à natura : & suffo-  
gare



88 De cognitione Dei.

care in sitam notitiam conati sunt, nec documentis creaturarum usi sunt eo usque quo poterant. Quapropter à Paulo ad Romanos, cap. 1. arguuntur suppressæ veritatis & detentæ in iniustitia, & quod cum Deum cognovissent non tamen glorificaverunt ut Deum.

Nec sanè peccaverunt sola ignorantia, sed in super temeritate & superbia. Vtique idem Apostolus ad Colossenses, cap. 2. eum qui à Dei cultu ad Angelorum Religionem deflectit, ait *ἰμβροῦεν ἀπὸ μὴ ἰδόντων*, se ingerere in ea quæ non videt, & turgere temerario sensu carnis suæ. Et primo ad Romanos, eum (inquit) se profiteantur sapien-

Dei  
sapien  
ideoque  
diatribis  
His q  
fieri, cu  
ex oper  
providet  
doctrina  
Curaure  
rat sine  
immu  
nitione  
bus inf  
ad salu  
ad salu  
verbos  
se inquit  
cu cor  
rum suo  
est ob  
candus  
Deo a



*De cognitione Dei.* 89

Sapientes, stulti facti sunt,  
ideoque traditi fœdis cupi-  
ditatibus.

His quidem puto palam  
fieri, cur præter documenta  
ex operibus creationis, &  
providentiæ, opus sit alia  
doctrina, nempe Dei verbo.  
Cur autem Deus, qui pote-  
rat sine prædicatione verbi,  
immutare corda, & sui cog-  
nitionem immediate cordi-  
bus infundere, maluerit nos  
ad sui notitiam, & per hanc  
ad salutem, manducere  
verbo suo; non est scrupulo-  
se inquirendum. Nam Deus  
cui constat ratio consilio-  
rum suorum, & qui nemini  
est obnoxius, non est vo-  
candus ad calculos, neclis  
Deo ab homine intendenda  
est.



90 • *De cognitione Dei.*

est. Est tamen huius divini  
consilij ratio non obscura,  
nec difficile est eius causam  
assignare. Nam quia per au-  
ditum mors erat ingressa in  
mundum : Deus voluit ea-  
dem via doctrinam salutis  
admitti. Et quia homo lap-  
sus est adhibendo fidem  
verbis Diaboli, æquum fuit  
hominem erigi ex lapsu, per  
fidem adhibitam Dei verbo.  
Contraria enim mala con-  
trarijs remedijs curari oportuit. Quocirca Deus per E-  
saiam nos ad Legem & Pro-  
phetas allegat, pronuntians  
fieri non posse ut sine his lux  
matutina cuiquam affulge-  
at. Et Luc. 16. Abraham do-  
cet frustra recurri ad mor-  
tuos, & inde revelationes

expe-

De  
expecta  
mam  
Nec dubi  
tus salve  
vium ret  
nuerit, i  
ipius oze  
care ment  
nebras u  
tiz. Inde  
ris & No  
storia in  
pla sanct  
quos Deu  
ut Ahiam  
lingua, u  
trem Ioha  
piorum qu  
tate, & qu  
meit quo  
mittitur,  
exempla



*De cognitione Dei.* 91

expectari, cum nobis sint ad  
manum Lex & Prophetæ.  
Nec dubium est quin Chri-  
stus saliva oculis illita cæco  
visum restituens, tacite in-  
nuerit, id demum quod ex  
ipsius ore egreditur, illumi-  
nare mentes, & discutere te-  
nebras naturalis ignoran-  
tiæ. Inde est quod in Vete-  
ris & Novi Instrumenti hi-  
storia inveniuntur exem-  
pla sanctorum & piorum,  
quos Deus multavit oculis,  
ut Ahiam Prophetam, aut  
lingua, ut Zachariam pa-  
trem Iohannis Baptistæ. At  
piorum quos affecerit surdi-  
tate, & quibus sensum ade-  
merit quo verbum Dei ad-  
mittitur, nulla in Scripturis  
exempla produntur. At dia-

E bolus



92 *De cognitione Dei.*

bolus spiritus surdus vocatur in Evangelio, quia ab eo afflatus, ad Dei sermonem obsurdescunt.

Hoc Dei verbum primitus traditum est divinæ vocis oraculo, postea autem, sic volente Deo, scriptis commendatum & publicis tabulis consignatum est, ne vel oblivione obliteraretur, vel errore evanesceret, vel scelerata temeritate corrumperetur. Hic liber est qui per *αὐτονομασίαν*, *ἡ βιβλία*, appellatur, quasi cæteri libri præ hoc non essent libri.

Cum autem plurima sint & maxima, quæ fidem & auctoritatem Sacræ Scripturæ conciliant, certissimum & præ



*De cognitione Dei.* 93

præ cæteris efficax est illud  
testimonium, quod Spiritus  
Sanctus ei perhibet:  
nempe vis arcana Spiritus,  
occultis aculeis fodicans  
corda legentium & audien-  
tium, & vis omni ratione  
potentior: ad quam idoneis  
verbis explicandam omnis  
oratio languet, omnis ser-  
mo jejunus est, & verba in-  
fra rei magnitudinem subsi-  
dunt. Legatur Demosthe-  
nes, & ille

*Princeps Romani Tullius  
eloquij.*

Tantisper dum leguntur, af-  
ficiunt, & sentitur inter au-  
diendum quidam *χαρμολισ-  
μὸς*, levisque titillatio. At  
ubi abscesseris, sensus istius  
voluptatis obliteratur, non

E 2      secus



94 *De cognitione Dei.*

secus ac facies definit appa-  
rere in speculo cum inde dis-  
cesseris. At sacrae Scripturae  
si fidelis & attentus auditor  
aut lector contigerit, alte  
sedet, & infixæ præcordijs  
semper est præfens, & divi-  
num quiddam spirans, af-  
fectus regit, cor exhilarat,  
mentem illustrat, totum de-  
nique hominem innovat.

Sed quia hoc testimoni-  
um ab ijs solis sentitur quos  
Deus Spiritu suo afficit: in  
quibus litera ipsa ex se mor-  
tua, à Spiritu Dei animatur,  
& quasi præpilatur, frustra  
hoc telo pugnatur ad versus  
profanos, qui rident & ele-  
vant quæcunque ipsi non  
sunt experti, & Dei virtu-  
tem suo stupore metiuntur.

Vtique

De  
Vtique p  
am pte  
obstruan  
Sera: Se  
auctorit  
Princi  
liber cur  
tare sem  
jestas:  
pari aut  
Quia h  
cunque  
les, ad  
pares su  
montes  
globo pl  
quando  
calum.  
Hanc  
tan, De  
dum st  
majest



*De cognitione Dei.* 95

Vtique præter hanc efficaciam præsto sunt plurima, quæ obstruant ora infidelium, & Sacræ Scripturæ fidem & authoritatem astruant.

Principio, nullus est alius *Simpli-*  
liber cujus in tanta simplici- *citas cū*  
tate sermonis tanta sit ma- *maie-*  
jestas: reges & plebeios *state.*  
pari authoritate alloquens:  
Quia homines quantum-  
cunque dignitate inæqua-  
les, ad Deum tamen collati  
pares sunt. Non secus ac  
montes & valles in terræ  
globo planitiem efficiunt,  
quando terra confertur ad  
cælum.

Hanc simplicitatem Sa-  
tan, Dei simia, imitatus,  
dum stylum rudem affectat,  
majestatem assequi non po-

E 3 tuit.



96 De cognitione Dei.

tuit. Is concepit Hetruscana  
disciplinam & Salaria car-  
mina horrido sermone &  
rudi. Sed ipse vetuit hæc e-  
vulgari, quippe quem suæ  
ipsius doctrinæ puderet: im-  
mo nec fidem invenit apud  
ipfos mystas quibus hæc sa-  
cra erant concredita. Vnde  
illud Catonis, mirari se si ar-  
uspex aruspicem aspiciens  
sibi temperaret à risu: nem-  
pe quia occulto Syncretis-  
mo colludebant inter se sibi  
conscij fraudis & impo-  
sturæ.

*Anti-  
quisitas.*

Non leve est quod omnis  
liber quantumlibet anti-  
quus, novus est si cum Scri-  
pturæ antiquitate confera-  
tur. Græci vescebantur glan-  
dibus, immo vix de nomine  
erant

De  
ciant a  
scripti  
quo qua  
Philolo  
compar  
Helioc  
coram  
fimi pol  
de anni  
tum q  
David  
tum  
quam  
tabula  
divina  
to in  
sempe  
fenes  
natos  
lari  
Qu  
cula



erant noti quando Moses scripsit Pentateuchum, cum quo quantum est toto orbe Philosophiæ non potest comparari. Homerus & Hesiodus Poetarum Græcorum qui extant antiquissimi posteriores sunt Davide annis ad minimum centum quinquaginta. Cujus Davidis poemata *עזרא* tantum distant ab Homero, quantum cælum à terra; & fabulæ humanæ à veritate divina. Nec dissimulat Plato initio Timæi, Græcos semper pueros, & nunquam senes, utpote vetustatis ignaros, ab Ægyptijs appellari.

Quid memorem mira- *Mira-*  
cula stupenda, & qua Ma- *cula.*

E 4 jesta-



98 *De cognitione Dei.*

jestate Lex fuerit promulgata, & quæ prodigia facta in Ægypto & in deserto? eaque non facta in angulo, & inter paucos testes, sed inspectante & indignante tota Ægypto, & sub oculis sexaginta myriadum armatorum, & numerosissimæ gentis, quæ Manna vescebatur, columnam ignis præcuntem sequebatur, clangorem tubæ audiebat, montem ardentem & flammaram globos advolutos, & fumo conglomeratos, cum horrore contemplabatur. Et ne quis putet hæc in gratiam Israëlitarum conficta à Mose, ibidem atrocissimis minis in gentem illam detonat, eamque insipientiæ & pervi-

Di  
pervicac  
in Deum  
Quant  
hæc scri  
quod ip  
pius non  
nas sibi a  
morat, se  
vestibulo  
quod D  
non ha  
vero alt  
tione, h  
filios su  
cessores  
suam qu  
Filiorum  
renuis fi  
Sacerdo  
sepho  
cap. 11.  
tione



*De cognitione Dei.* 99

pervicaciæ, ac rebellionis  
in Deum passim arguit.

Quanta autem fide Moses *Fides*  
hæc scripserit, hinc liquet, *Mosis.*  
quod ipse sua delicta & la-  
psum non dissimulat, & pœ-  
nas sibi à Deo inflictas me-  
morat, seque jussum mori in  
vestibulo terræ promissæ,  
quod Deo loquenti fidem  
non habuisset. Quantum  
vero alienus fuerit ab ambi-  
tione, hinc videre est, quod  
filios suos noluerit esse suc-  
cessores Principatus, sed Io-  
suam qui erat ex alia tribu.  
Filiorum vero Mosis quam  
tenuis fuerit dignitas inter  
Sacerdotes, discimus ex Io-  
sepho, Originum libr. 7.  
cap. 11. Ait enim, in distribu-  
tione munerum sacrorum

E s      quæ



160 *De cognitione Dei.*

quæ facta est à Davide, posteris Moſis obtigisse munus custodiendi sacrum gazophylacium, & anathemata seu donaria quæ templo offerebantur.

*Prophe-  
tia.*

Nec omittenda est prophetiarum antiquitas, & certitudo. Enimvero quo afflatu potuit Esaias Cyrum nominare, & prædicere eum fore Iudæorum liberatorem, annis circiter 160. antequam Cyrus nasceretur? Aut quis alius nisi Dei Spiritus, potuit prædicere Ieroboamo, regem nasciturum de stirpe Davidis nomine Iosiam, qui altaria profana everteret & disturberet? Idque trecentis quinquaginta sex annis antequam id factum

De  
Cum est  
dicam, q  
vitaris Ba  
vit à Auc  
instaurat  
sa, ad C  
tuaginta  
rum, id est  
cilo com  
ventus c  
iusdem  
de quar  
regibus  
dentur e  
historiz  
vaticini  
Hierony  
ait vider  
phetiam  
Hæc fa  
luggeri  
quam



Atum est? Quid de Ieremia  
dicam, qui 70. annos capti-  
vitatibus Babylonicæ præfinit-  
vit? Aut de Daniele, qui ab  
instauratione urbis concessa,  
ad Christi mortem septuaginta  
septimanas annorum, id est,  
490. annos præcise computat?  
quod & eventus comprobavit.  
Iam eiusdem Danielis vaticinia  
de quatuor imperiis, & de  
regibus Seleucidis, non videntur  
esse prophetiæ, sed historiæ.  
Quod & de Esaia vaticiniis  
dici potest, quem Hieronymus  
ad Paulinum ait videri non texere  
prophetiam sed Evangelium.  
Hæc sane non potuerunt  
suggeri Prophetis ab alio  
quam ab eo cui omnia non  
modo



102 *De cognitione Dei.*

modo sunt prævisa, sed etiam provisa, & qui novit quæ ipse facturus est.

*Mar-  
tyres.*

Est igitur dignitas Scripturæ supra omnem iudiciorum aleam posita: Cuius est tanta authoritas, ut Christus ipse, lege maior, & qui afflavit Prophetas, soleret se Legis & Prophetarum testimoniis adversus Pharisæos defendere. Ideoque cum multi pro tuenda sacræ Scripturæ authoritate animam profuderint, nemo inventus est qui pro defendendis Platonis aut Aristotelis dogmatibus mortem oppetere voverit. Cleombrotum quidem Ambraciotam (qui, ut refert Cicero tertia Tusculana, lecto Platonis Phædone,

ne,

De  
ne, ubi  
ximus d  
litate an  
dedit. l  
rem Pl  
spe salo  
Platonis  
verovita  
Ergo  
riis Ag  
ne Dru  
Herru  
tincha,  
intercid  
Scriptur  
quippe  
thorem  
guenda  
chi Epip  
vixia:  
vesipe  
Porphy



*De cognitione Dei.* 103

ne, ubi Socrates morti proximus differit de immortalitate animæ, se præcipitem dedit) dicerem fuisse martyrem Platonis, si id fecisset spe salutis post mortem ope Platonis consequendæ, non vero vitæ tædio.

Ergo cum libri de myste-<sup>Dura-</sup>  
riis Ægyptiorum, & religio-<sup>tio.</sup>  
ne Druidarum, perierint, & Hetrusca disciplina sit extincta, & Sybillina carmina interciderint, sola hæc Sacra Scriptura mansit illibata, quippe habens Deum authorem. Nec ad eam extinguendam valuit aut Antiochi Epiphaniis immanis sævitia: aut Juliani Cæsaris versipellis impietas, aut Porphyrij, vel Luciani scri-  
pta



pta virulenta. Immo vero isti ἀλάστορες fuerunt insignia exempla divinæ iustitiæ. Notum est, quomodo Antiochus Epiphanes excussus obsidione Elymaidis, in regni & ætatis flore in ægritudine animi nefariam animam efflaverit: Vt Julianus in ipsis imperij primordiis sagitta confossus, impurum spiritum exhalaverit: Vt Lucianum (si fides Suidæ) rabi-  
di canes discerperint.

Nec parum facit ad Scripturæ authoritatem, quod refert Josephus Originum lib. 12. cap. 2. ubi apud Prolo-  
mæum Philadelphum Demetrius Phaleræus regis Bibliothecarius de libris sacris Hebræorum sic loquitur ex  
Heca-

De  
Hecata  
Histori  
ius Scri  
is ægri  
Suidæ  
Ibidem  
Phaleræ  
Theop  
quid ex  
volumi  
mendat  
ginta d  
sum, de  
Incida  
placato  
cepto de  
per som  
dise qu  
zæsen c  
que m  
Poetria  
T. 1. p. 12



Hecataeo Abderita : Alios  
Historicos mentionem hu-  
ius Scripturæ non fecisse,

ὡς ἀγνῆς ἕως καὶ μὴ δεῖν αὐτῶν βιβλιοῖς τόμοις ἀπογραφῆσθαι.

Ibidemque idem Demetrius  
Phaleræus ex Aristæo refert

Theopompum voluisse ali-  
quid excerptum ex divino

volumine Historiæ com-  
mendare : sed totos quadra-  
ginta dies vertigine percuf-  
sum, donec per ἀνέθεσις, id est,

lucida quædam intervalla,

placato precibus Deo ab in-  
cepto destitisset: admonitus

per somnum, sibi hæc acci-  
disse quod voluisset ἀπειρ-  
γάζειν circa divina. Eodem-  
que modo Theodectem

Poetam cum in quandam

Tragœdiam aliquid infer-

asser

Quia  
cum  
pura sit  
& san-  
cta, ne-  
fas  
fuit, eam  
profana  
no ore  
expli-  
cari.



106 *De cognitione Dei.*  
fisset ex sacris libris, offusa  
caligine coactum ab incœ-  
pto desistere.

His non aduersatur quod  
Clemens ait, primo Stromat-  
um, & Tertullianus libro de  
habitu mulierum, *Ierosolymis  
Babylonica expugnatione dele-  
tis omne instrumentum Iudai-  
ca literatura per Esdram esse  
instauratum.* Neque enim  
eorum mens est, libros sa-  
cios penitus extinctos &  
obliteratos, ab Esra restitu-  
tos fuisse: Sic enim volumi-  
na quæ hodie habemus non  
essent scripta Mosis aut Da-  
vidis vel Esaiæ, sed Esræ qui  
ea novo afflatu refinxisset.  
Mens Clementis & Tertul-  
liani est, libros veteris Te-  
stamenti Babylonica perfe-  
cutio-

De  
cutione  
rante per  
indiliger  
Esdra in  
& acci  
pristino  
fuisse.  
Et hi q  
Iudæis  
esse lib  
rum) et  
vati fun  
in terrar  
dinarum  
rent. lide  
niuscui  
liti sunt  
rum verb  
torum a  
dem in f  
non est  
qui Sc



*De cognitione Dei.* 107  
cutione dispersos, aut du-  
rante persecutione rarius &  
indiligentius descriptos, ab  
Esdra in ordinem digestos,  
& accuratius exscriptos,  
pristino nitore restitutos  
fuisse.

Et hi quidem libri ex eo, à  
Iudæis ( quos Deus voluit  
esse librarios Christiano-  
rum) tanta religione asser- *Drsf.*  
vati sunt, ut si quando liber *ep. 60.*  
in terram cecidisset, extraor-  
dinarium ieiunium indice-  
rent. Idemque ad calcem u-  
niuscuiusque voluminis so-  
liti sunt, non modo nume-  
rum versuum, sed & elemen-  
torum adscribere. Qua qui-  
dem in sedulitate scrupulosa  
non est positus verus honor  
qui Scripturæ debetur: Sed  
is



108 *De cognitione Dei.*

is sacram Scripturam veneratur ut par est, qui eam iis oculis aspicit quibus fida uxor respicit suas dotales tabulas; aut bonus filius, patris optimi testamentum. Apud quem nunquam ingeritur mentio huius Scripturæ, quin exiliant præcordia & filiales affectus commoveantur. Qui denique vitam suam, facta, dicta, cogitationes, ad hanc amussim exigit & componit. Nam ut Samuel adolescentulus ad vocem Dei de somno excitatus, mox in somnum reuolutus est, quia putavit esse vocem hominis, non vero Dei: Sic maxima pars hominum, audito Dei verbo, levi quodam terrore excitata,

mox

Dei  
mox reu  
vitiarum  
verbum  
minis, n  
Quid  
eur, lo  
morare  
Christian  
cere ocul  
re sit po  
tio.  
Doce  
minem  
Dei im  
iustitia  
moru, d  
Deo del  
tun in  
tum m  
Nectar  
in hom  
aduc



*De cognitione Dei.* 109

mox revolvitur in somnum vitiorum, quia audit hoc verbum, veluti vocem hominis, non autem ut Dei.

Quid his libris contineatur, longum esset commemorare: satis erit Religionis Christianæ elementa subii- cere oculis, ut sciatur qua in- re sit posita vera Dei cog- nitione.

Docet ergo Scriptura, ho- minem primitus creatum ad Dei imaginem, præditum iustitia & sanctitate; suo- pte motu, & Satanæ instinctu à Deo descivisse. Inde pecca- tum in mundo, & per pecca- tum mors & maledictio. Nec tamen ita deformata est in homine imago Dei, quin adhuc supersint quædam e-  
ius



*De cognitione Dei.* 110  
ius vestigia, nempe sensus a-  
liquis divinitatis, & semina  
quædam honestatis, civilif-  
que iustitiæ. Quas notiones  
ut Deus adiuuaret, & ne quis  
peccato suo ignorantiam  
obtenderet, Deus Legem  
suam scriptam dedit per  
Mosem, quæ ad hæc duo ca-  
pita revocatur, Amare  
Deum toto corde & viri-  
bus: & proximum tanquam  
se. Quam legem multo cum  
terrore promulgavit inter  
flammas fragoremque toni-  
truum, ut sciret populus, ar-  
matum esse Legislatorem:  
nec impune fore si quis  
mandata eius contempserit.  
Addita insuper clausula illa  
terrifica, Maledictus qui  
non permanserit in omnibus  
quæ

De  
quæ scrip  
ius legis,  
Cum e  
pronus ad  
re hæc n  
nihil ali  
quam co  
tum, & m  
nisi Deus  
neri hum  
currisse.  
Is ergo  
& per P  
designare  
Verbum  
tiam Pat  
zerno, s  
& Spirit  
Deus, m  
humana  
Verbum  
Deus in



*De cognitione Dei.* III  
quæ scripta sunt in libro hu-  
ius legis, ut impleat ea.

Cum ergo homo natura  
pronus ad peccatum, imple-  
re hæc mandata non possit,  
nihil aliud esset hæc lex  
quam conscientiæ tormen-  
tum, & mortis ministerium,  
nisi Deus sua clementia ge-  
neri humano perditio suc-  
currisset.

Is ergo definito tempore,  
& per Prophetas iam ante  
designato, Filium suum,  
Verbum æternum, sapien-  
tiam Patris, quam genuit ab  
æterno, quæ una cum Patre  
& Spiritu sancto est unus  
Deus, misit in mundum, &  
humana carne induit. Sic  
Verbum caro factum est, &  
Deus in unione personali  
assum-



**XII De cognitione Dei.**

assumpsit naturam humanam, absque imminutione divinitatis, aut naturarum mixtione. Nempe oportuit Mediatorem inter Deum & hominem, esse Deum & hominem, & tangere utrumque extremum communiōne naturæ.

In hac humana natura, hic Dei filius, Redemptor noster, opus Redemptionis nostræ peregit, legem perfecte implens, & morte sua peccata nostra expians. De qua morte reportans victoriam, per Resurrectionem, author est vitæ omnibus credentibus in eum. Itaque, ut peccatum Adami omnibus ejus posteris imputatur, sic Iustitia Christi omnibus imputatur  
qui.

De  
qui per  
nis, &  
factum  
Hac  
ligio  
bus Re  
mana  
Nimir  
strat qu  
accessu  
qui est  
ta; id e  
Vtique  
lucem  
menali  
fecit in  
Dei in  
bilium  
ad Deu  
veniet  
tem,  
q̄ma



*De cognitione Dei.* 113

qui per Spiritum adoptionis, & fidem in Christum, facti sunt filij Dei.

Hac nota discernitur Religio Christiana ab omnibus Religionibus quas humana ratio commenta est: Nimirum quod viam monstrat qua sola ad Deum patet accessus: nempe per Filium, qui est Via, Veritas, & Vita; id est, via vera ad vitam. Vtique cum Deus habitet lucem inaccessam, sese tamen aliquo modo visibilem fecit in Filio, qui est Imago Dei invisibilis & Deus nobiscum. Alia via quicumque ad Deum ire contendit, inveniet Iudicem, non Patrem, & quo magis festinat, eo magis aberrat, & certiori

ruina



114 *De cognitione Dei.*  
ruina se præcipitat.

Ad hanc redemptionem  
perficiendam adhibita est  
potius persona Filij quam  
Patris aut Spiritus Sancti,  
quia si Pater incarnatus fu-  
isset, aut Spiritus Sanctus,  
fuiſſent in Trinitate duo Fi-  
lij, alter per generationem  
æternam, alter per genera-  
tionem in tempore. Nec  
quicquam fuit convenien-  
tius, quam ut idem qui est  
medius inter personas Tri-  
nitatis, eſſet quoque medius  
inter Deum & homines : &  
eſſet quaſi nodus & vincu-  
lum omnis cognationis quæ  
eſt in cælo & in terra. Quid  
autem fuit aptius, & ſapien-  
tiæ divinæ convenientius,  
quam ut reſtitueremur in  
ius

De  
tus & gr  
cum qu  
cus & I  
minem  
per que  
rar &  
tur per  
Dei aze  
ret retat  
cum qu  
piencia  
Hæc  
Evang  
de polu  
hac pra  
genere  
tur. Q  
eorum  
toto or  
bens ag  
ambap  
tis, fi



*De cognitione Dei.* 115  
ius & gradum filiorum, per  
eum qui est Filius Dei uni-  
cus? & Deus reformaret ho-  
minem, per eundem λόγῳ  
per quem hominem creave-  
rat? & Deus nos alloquere-  
tur, per eum qui est Verbum  
Dei æternum? & nos doce-  
ret veram sapientiam, per  
eum qui est ipse patris sa-  
pientia?

Hæc est illa doctrina quæ  
Evangelium vocatur, quam  
deposuit in sua Ecclesia, ut  
hac prærogativa à reliquo  
genere humano discernere-  
tur. Quam per Apostolos  
eorumque successores iussit  
toto orbe promulgari, ju-  
bens aggregatos ad Ecclesi-  
am baptisari in nomine Pa-  
tris, Filij, & Spiritus Sancti,

F &



116 *De cognitione Dei.*

& imbui populos fide in  
Christum per prædicationem  
Euangelij, quo pœnitentibus  
& credentibus in Christum  
promittitur remissio peccatorum  
& vita æterna: & fideles præstolari  
alterum adventum Christi,  
quo suscitabit mortuos, &  
cognitionem humanarum  
actionum instituens, reddet  
unicuique secundum opera  
sua.

Per Ecclesiam intelligo  
non modo Ecclesiam sub  
novo Testamento, quæ  
Christiana nuncupatur, sed  
etiam Ecclesiam totam quolibet  
seculo, cuius initium  
ducitur ab Adamo, & quæ  
ad finem mundi duratura  
est. Nam etiam Patres ante  
Chri-

De  
Christu  
fuisse  
statu  
vidisse  
xultavi  
Mosem  
brum  
gypti  
Paris  
re om  
crucis  
cælis  
ra, Co  
qui san  
chas &  
hendi  
haerent  
ad rem  
hibetur  
bus all  
pægra  
pena



*De cognitione Dei.* 117

Christum, fide in Christum  
fuisse servatos, Scriptura te-  
statur: quæ ait, Abrahamura  
vidisse diem Domini, & e-  
xultavisse, Iohannis 8. Et  
Mosem prætulisse oppro-  
brium Christi thesauris Æ-  
gypti, Hebr. 11. Et ~~Adoniam~~  
Patris fuisse sibi reconcilia-  
re omnia per sanguinem  
crucis, tam ea quæ sunt in  
cœlis, quam quæ sunt in ter-  
ra, Coloss. 1. Sub iis autem  
qui sunt in cœlis Patriar-  
chas & Prophetas compre-  
hendi nemo sanæ mentis  
hactenus dubitavit. Quam  
ad rem non inconcinne ad-  
hibetur à quibusdam veteri-  
bus allegoria racemi illius  
prægrandis qui de vecte sus-  
pensus humeris duorum ho-

F 2 mi-



118 *De cognitione Dei.*

minum baiulabatur. Per  
eum qui prior incedebat Ec-  
clesiam veteris Testamenti:  
per eum qui posterior Ec-  
clesiam Novi Testamenti:  
per racemum Christum ip-  
sum volunt intelligi. Illa e-  
nim non vidit adventum  
Christi, quippe quæ præces-  
sit tempore: hæc Christum  
habet sub oculis, & adven-  
tum eius intuetur. Verunta-  
men ut racemus iste non  
magis erat cibus huius  
quam illius, sic Christus u-  
trique Ecclesiæ pariter vi-  
tam affert, cibumque spiri-  
tualem.

Hæc sunt illa documenta  
quibus constat vera & salu-  
taris Dei cognitio: ad quam  
aliarum scientiarum & ar-  
tium

De  
ritum nu  
enim Sc  
Contem  
ctice,  
præstan  
sua est;  
cti, Cer  
tionum  
perspicu  
tum Pr  
posita e  
& apit  
regular  
hunc fin  
Theo  
de Dei  
de operi  
bernatic  
nis, est e  
ius pars  
caus erg  
ius ergo



tium nulla est collatio. Cum enim Scientiarum aliæ sint Contemplativæ, aliæ Practicæ, Contemplativarum præstantia in his tribus posita est; In Dignitate Subiecti, Certitudine demonstrationum, Documentorum perspicuitate. At Scientiarum Practicarum nobilitas posita est in præstantia finis, & aptitudine mediorum ac regularum quæ ducunt ad hunc finem.

Theologiæ ea pars quæ de Dei natura loquitur, & de operibus creationis, gubernationis, & redemptionis, est contemplativa. At eius pars quæ de officiis pietatis erga Deum, & charitatis erga proximum agit, est



**Practica.** Nam etsi in hac multa opus est contemplatione, tota tamen hæc contemplatio ad Praxin ordinatur. Vtrobique Theologia immensum quantum præstat aliis omnibus scientiis.

Nam subiectum partis contemplativæ est Deus ipse, cuius cum corpore humano, & cum fundis & pecuniis, circa quæ Medicina & Ius occupantur, nulla est comparatio. Certitudine vero immensum, quantum eminet. Nam quæcunque Philosophia differit de summo bono, tam sunt diversa, & inter se pugnantia, ut opinione non natura constare videantur. Augustinus ex Marco Varrone libr. 19. de Civitate

De  
Civitate  
summo b  
rentias d  
lophor  
affection  
rum car  
suspiciam  
dent, id e  
officiole  
vero h  
tudo  
veritas  
iura m  
ria, &  
ac Barb  
cordia  
tur fund  
conculsi  
Deo po  
ipso ca  
& terra  
mea no



*De cognitione Dei.* 121

Civitate Dei refert, super summo bono fuisse 180 sententias dissentientium Philosophorum. Medici vero affectiones internas corporum causasque morborum suspicantur magis quam vident, ideoque persepe ægros officiose occidunt. Quanta vero sit Iuris humani incertitudo, testatur infinita diversitas consuetudinum, & iura municipalia pugnantia, & legum Romanarum ac Barbararum infinita discordia. At Theologia nititur fundamentis certis & inconcussis, quippe ab ipso Deo positis, & firmioribus ipso cælo & terra. Cælum & terra transibunt, at verba mea non transibunt, inquit

F 4 ipse



ipse Deus.

Neque vero huic certitudi-  
dini quicquam detogat  
quod homines in religionis  
negotio scissi sunt in varias  
sectas, & super interpreta-  
tione verbi Dei summa con-  
tentione dimicatur. Non e-  
nim id nascitur ex incerti-  
tudine verbi divini, sed ex  
hominum pravitate qui ul-  
tro sibi oculos configunt, &  
ultra cæspitant in plana via;  
religionemque subiiciunt  
ventri: & depravatione re-  
rum certissimarum ad ambi-  
tionem & avaritiam velifi-  
cantur. Nam quisquis non  
fuerit addictus certæ & de-  
stinatæ sententiæ, inveniet  
in Sacra Scriptura plurimas  
sententias claras, & inter-  
prete

De re  
prete non  
fidem &  
ficiunt.

Sunt q  
Scripturis  
tis, sed l  
illa percu  
propheta  
vero fidei  
rum gene  
saria ad  
facilibus  
tem, ob  
ad prece  
ad sobrie  
rioluntis  
modestia  
pellit. Tu  
est, quan  
cognitio  
Dei veri  
esse accu



prete non egentes, quæ ad fidem & mores abunde sufficiunt.

Sunt quidem nonnulla in Scripturis plena obscuritatis, sed si pietatis studiosus illa percurrat, comperiet esse prophetias aut figuras, non vero fidei capita, nec de eorum genere quæ sunt necessaria ad salutem. Nam Deus facilibus nos erudit ad salutem, obscuris vero exercet ad precationem, & format ad sobrietatem, & quasi curiositatis alas intervellens, in modestiæ gyrum nos compellit. Tum illud tenendum est, quantulamcunque Dei cognitionem haustam ex Dei verbo, præstantiorem esse accurata cognitione re-

F s rum



124 *De cognitione Dei.*

rum terrenarum. Nam modica Dei cognitio fideliter accepta, ad succendendos animos amore Dei, & ad vitam bene beateque instituendam abunde sufficit.

Superest finis, quo quidem Theologia quicquid est scientiarum & artium longo intervallo antecedit. Nam cum Politica hominem informet qua civis est, Oeconomica qua pater familias, sola Theologia hominem instruit qua homo est, nec de vitæ partibus differit sed de tota. Nec finem sibi aliquem particularem aut subordinatum proponit, sed ultimum, nempe summam beatitudinem quæ constat unione cum Deo : cui fini  
par

De  
par est  
nia vite  
Nisi volu  
portuunc  
summa e  
multis m  
ur puram  
solidum  
tur: siqu  
solutus, a  
nator  
Medi  
logia fi  
niendum  
finem,  
Deo, ne  
stum, &  
operum  
cetera ac  
dubitare  
revocat  
nes Dei



par est cæteros fines & omnia vitæ instituta subservire. Nisi volumus seduli esse in portiunculis vitæ, sed tota summa excidere: ut sic ex multis minutulis prudenter, ut putamus, cogitatis, una in solidum stultitia conficiatur: sifque bonus Jurisconsultus, aut Medicus, aut Senator, sed malus homo.

Media autem quæ Theologia suggerit ad perveniendum ad ultimum istum finem, qui est unio cum Deo, nempe fides in Christum, & studium bonorum operum, tam sunt apta & certa ac explorata, ut de iis dubitare non possit, nisi qui revocat in dubiũ promissiones Dei qui est ipsa veritas.

Deni-



Denique Dei cognitio, ipso Deo teste, tanti facienda est, ut cum de cæteris rebus gloriari sit summa vanitas & prima stultitia, hac una de re Deus velit hominem gloriari, pia quadam superbia. Sic enim loquitur Ieremiæ nono: Ne gloriatur Sapiens in sapientia sua, nec vir potens in suo robore, nec dives in opibus. Sed qui gloriatur, gloriatur in eo quod me cognoscit, me (inquam) qui exerco iustitiam & iudicium in terra.

Cum autem cognitionis Dei, in omnem partem vitæ, fructus sint plurimi & maximis, tum hic est longe præcipuus, quod pravas cupiditates, & vitia omne genus, non  
alio

De  
alio vali  
beas qua  
Nam qui  
scit eum  
qui sero  
dium, cu  
fis averte  
la hypoc  
Cui redd  
vel ex v  
propter  
probitat  
hanc can  
(inquit)  
filii Belia  
tes Deum  
non est n  
petiunt  
tum, &  
runt, &  
nem ter  
cognitio



*De cognitione Dei.* 127

alio validiori fræno cohi-  
beas quam cognitione Dei.  
Nam qui Deum cognovit,  
scit eum esse *καρδιογνώσκω*,  
qui scrutatur arcana cor-  
dium, cuius oculos non pos-  
sis avertere pellucenti nebu-  
la hypocriseos & mendacij:  
Cui reddendæ sunt *ειδωσας*  
vel ex verbo otioso. Qua-  
propter sacra Scriptura im-  
probitatis filiorum Heli,  
hanc causam assignat: Erant  
(inquit) perditæ nebulones,  
filii Belial, non-cognoscent-  
es Deum. Et Osee 4. Quia  
non est notitia Dei in terra,  
periurium, mendacium, fur-  
tum, & adulterium erupe-  
runt, & sanguines sanguini-  
nem tetigerunt. Contra ex  
cognitione Dei nascuntur  
omnia



128 *De cognitione Dei.*

omnia exempla virtutum,  
teste Esaia cap. ii. Non no-  
cebunt, nec occident in uni-  
verso meo monte sancto,  
quia terra erit repleta scien-  
tia Domini. Enimvero vir  
pius qui iugiter cogitat se à  
Deo aspici, sic vivet domi ut  
in publico, sic in publico ut  
in templo, sic in templo ut  
sub oculis Dei, Iudicis, Ma-  
gistri, Patris. Nec aliam ad-  
vitia latiore fenestram Sa-  
tan aperit, quam cum per-  
suasit homini, Deum non  
intendere oculos in hæc no-  
stra, & in actiones nostras  
non inquirere. Tunc enim  
conscientias altum veter-  
num obruit, & homines, a-  
moto Iudicis metu, ruptis  
repagulis, nihil non audent,  
&

De cog  
& ruan  
cunq  
villum,  
cohibeant  
Nec pa  
cognitio  
tenaces,  
tatem, &  
qui Deum  
omnia ab  
vide. De  
conquer  
que se op  
inutile, se  
periculofu  
Deum eff  
cedant in  
eum, in  
conquies  
Eadem  
rimum e



De cognitione Dei. 129

& ruunt in omne scelus, ut-  
cunque tantisper legum ci-  
vilium, aut infamiae metu  
cohibeantur.

Nec parum confert Dei  
cognitio ad abigendas curas  
tenaces, & sedandam anxie-  
tatem, & ad imperandum  
memprois silentium. Nam *Cōque-  
rētibus  
de sua  
sorte.*  
qui Deum cognoscit, scit o-  
mnia ab eo fieri iuste & pro-  
vide. De cuius providentia  
conqueri iniustum est, ei-  
que se opponere non modo  
inutile, sed & temerarium ac  
periculosum. Et gnarus  
Deum efficere ut ipsa mala  
cedant in bonum amantibus  
eum, in eius cura & amore  
conquiescit.

Eadem Dei cognitio plu-  
rimum confert ad usum ho-  
nestum



130 *De cognitione Dei.*

nestum & temperatum rerum terrenarum, ne ingrata oblivione sepeliamus eius beneficia, nec Dei donis ad luxum & libidinem abutamur: nec simus bestiis similes, quæ bibentes de rivo, non cogitant de fonte unde aqua ista promanat. Nam qui cognovit Deum, scit esse authorem bonorum omnium, eique grates hoc nomine debitas solvit: & sedulo cavet ne quæ dedit Deus ad usum & materiam actionis gratiarum, abusu & ingratitude corrumpantur.

Quid quod sine cognitione Dei, ne quidem possumus ipsi nos cognoscere? Tunc enim demum detumescit humana superbia, & concidunt

De cog  
dunt cisti  
Deum asp  
du homo  
se cum re  
comparat  
liquis, &  
blanditur  
pientia  
quando se  
tribunal  
conscient  
suisque i  
santur so  
& inlita p  
luce circu  
garur fater  
cem meras  
se sua vi  
manu De  
dem plan  
piciunt q  
sibi vider



*De cognitione Dei.* 131

dunt cristæ, quando homo Deum aspicit. Nam quamdiu homo ipse se respicit, & se cum rebus se inferioribus comparat, sibi videtur esse aliquis, & sibi ipse plaudit, & blanditur inani opinione sapientiæ aut roboris. At quando se sistit coram Dei tribunali, illico tangitur conscientia tenuitatis suæ, suisque ipsius oculis obversantur sordes suæ naturales, & insita pravitas. Tantaque luce circumfunditur ut cogatur fateri rationis suæ lucem meras esse tenebras, & se sua vi non posse stare nisi manu Dei sustentetur. Eodem plane modo quo qui aspiciunt quæ sunt ante pedes sibi videntur probe oculatis;

at



at iidem cum Solem intuentur, ita caligant oculis, ut cogantur agnoscere suam illam perspicaciam meram esse hebetudinem, cum ad cœlestia se convertit.

Tanta cum sit divinæ cognitionis præstantia, cumque eius fructus tam late pateat, & in omnem vitæ partem extendatur, lubet hic dolere vicem humani ingenij, quod in minimis solers & sedulum, circa solam Dei cognitionem quæ est caput veræ sapientiæ languet supina socordia. Nam quotusquisque est qui insuper habitis his studiis non ea consecutetur quæ faciunt ad farinam, aut ad civilis dignitatis incrementum? Quàm  
multi

De co  
multi stud  
poribus al  
cuius vi  
multi sed  
rimendas  
ipfi disc  
cogitant  
iii. Quan  
tionem n  
nearum,  
gularis el  
gnitionis  
compara  
pluris fia  
delicias q  
& necessi  
stiores su  
rij agrico  
ac polym  
vulgo pl  
lucro inf  
mentu



multi student curandis corporibus aliorum, ipsi intercutibus vitiis ægri? Quam multi sedent iudices ad dirimendas alienas lites, qui ipsi discordant à Deo, nec cogitant se à Deo iudicatum iri. Quam multi callent rationem numerorum & linearum, quorum vita irregularis est, quia expers cognitionis Dei? Tum ita sunt comparatæ res humanæ, ut pluris fiant quæ faciunt ad delicias quam quæ ad usum & necessitatem. Sic honestiores sunt pistorum dulciarij agricolis, & phrygiones ac polymitarij sartoribus. Et vulgo pluris fiunt studia quæ lucro inserviunt, quam quæ mentibus instillant elemen-

ta



134 *De cognitione Dei.*

*Eth. 2.*

ta veræ sapientiæ. His usu venit quod Aristoteles dicit de procis Penelopes, qui cum non possent potiri heræ, cum ancillis eius miscbantur. Nam cæteræ artes ancillæ sunt divinæ sapientiæ: nec locum obtinent in honestarum disciplinarum choro, nisi se profiteantur pietatis esse pedissequas. Hæ nimirum sunt illæ ancillæ, quas huc illuc mittit divina sapientia, ut habetur Proverbiorum nono.

Prodibit fortasse sciolus aliquis, qui ut Theologiam infra alias scientias deprimat, dicet eam alijs scientijs & artibus subordinari, utpote quæ multa ab eis mutuatur: ab Oratoria ornatum,

Deo  
tum, a  
Metaphy  
summoru  
ab Ethic  
tum & ad  
ologiz  
Theolog  
ratus hab  
phiz lace  
dius &  
Theolog  
& sceler  
aliarum  
tuarur.  
Sed qu  
discerur  
Theolog  
hominer  
Veluti q  
terur ar  
finis no  
ais. Th



tum, à Logica acumen, à  
Metaphysica cognitionem  
summorum Principiorum:  
ab Ethica naturam virtu-  
tum & adjumenta: & The-  
ologiae studiosum cum à  
Theologia acceperit amen-  
tatas hastas, eas Philoso-  
phiae lacertis vibrare vali-  
dius & certius. Denique  
Theologiam fore inermem  
& sceleti instar exuccam, si  
aliarum artium ope desti-  
tuatur.

Sed qui hæc jactant non  
discernunt Theologiam à  
Theologo, id est, ipsum  
hominem ab ipsa scientia.  
Veluti cum medicus profi-  
tetur artem ob lucrum, hic  
finis non est artis, sed homi-  
nis. Theologus quidem un-  
dique



136 *De cognitione Dei.*

dique conquirat, & corradit discendi adjumenta, & loquendi ornamenta. At ipsa Theologia non inde fit auctior aut melior: quippe quæ per se stat nec opus habet alieno subsidio. Nec Theologorum Coryphæi, Prophetæ & Apostoli emendicaverunt hæc ornamenta: quorum simplicitas omni suada est potentior, & maiestas omni acumine efficacior. Non secus ac matrona pudica, eo ipso ornatioꝝ, quia est inornata, ascititia ornamenta, & pigmentorum fucum, deformibus aut impudicis relinquit. Non si purpura vendit caudicem, & patronus causarum splendide amictus pluris operam  
suam

Deo  
suam ven  
vile sub  
Aliqua sc  
dinatur,  
tuatur se  
quando  
tiones in  
seu superi  
feriori sci  
pia: vel  
narur Ge  
Arithme  
licius at  
rius artis  
sic ars que  
dinatur at  
disciplina  
iufmodi  
logia.  
Quod  
Philosop  
scuas



suam vendit, ideo ius civile subordinatur factoriæ. Aliqua scientia alteri subordinatur, quando ab ea mutuatur sua principia, & quando quæ sunt conclusiones in Architectonica, seu superiori scientia, in inferiori scientia sunt principia: veluti Optica subordinatur Geometriæ, & Musica Arithmeticæ. Aut quando alicuius artis finis, fini alterius artis subordinatus est. Sic ars cudendi fræna subordinatur arti equestri; & hæc disciplinæ militari: Nihil eiusmodi invenies in Theologia.

Quod si Theologus ex Philosophorum scriptis sententias aliquas graviores

ex.



138 *De cognitione Dei.*

excerpit, non id facit ob inopiam, sed ad *ἐντρέψω*, & ad pudorem afferendum Christianis qui sanctam professionem dehonestant vita; ut qui Deum audire nolunt, audiant saltem homines sola rationis luce præditos, & his testibus & accusatoribus pudore suffundantur.

Sed neque damus Theologum ista mutuo & precario sumere à Philosophis, cum potius hæc eis eripiat, ut iniustis possessoribus. Nam quæcunque sunt pietatis toto orbe scintillæ debent inferri Dei altari, & quæcunque sunt ubivis veræ virtutis documenta ad Dei templum pertinent: non secus ac vasa aurea & argentea

De  
argentea  
prius abla  
cturam  
salut.  
Huc  
velis & re  
cendam  
nostra  
Nam si,  
logi p  
docunq  
rancidas  
obitas et  
antiqua  
conluet  
ca cibos a  
applausu  
auribus  
tentione  
resipio  
sapienti  
explica



*De cognitione Dei.* 139

argentea specie mutui Ægyptiis ablata, postea in structuram tabernaculi conversa sunt.

Huc igitur contendamus velis & remis, & ad adipiscendam Dei cognitionem nostra desudet industria. Nam si, qui in Scholis Philologi perhibentur, quodocunque voculas aliquas rancidas, & situ vetustatis obfitas eruunt ex ruderibus antiquitatis, aut exponunt consuetudines exoletas circa cibos aut vestes, magno applausu audiuntur: quibus auribus, & quanta cum attentione audiendi sunt, qui res ipso cœlo antiquiores, & sapientiam Antiqui dierum explicant; haustam non ex

G Phi-



Philologorum lacunis, sed ex divinorum oraculorum penu? Si Jurisconsultus auditur agens de stillicidiis, aut servitutibus, aut testamentis: quid Theologus, differens non de stillicidiis, sed de fonte ipso vitæ? non de servitutibus ædium, sed de libertate spiritus? non de testamentis hominum morientium, sed de Testamento Dei vivi?

Hoc ergo agite quotquot estis boni, & ut ad Dei veram cognitionem perveniatis, date operam ne vel vitiosi affectus animos vestros ad prava applicent, vel intentionem vestram frangat animi remissio. Nam si Ethnicus initiandos sacris  
diu

De  
diu disti  
post lon  
pina vi  
bant in  
nisi m  
prepar  
cet que  
tere in  
discipli  
teles pu  
audito  
necess  
que na  
gis ope  
ventis  
dicisc  
ber civi  
Veru  
vigilan  
sedulit  
mas,  
fices



*De cognitione Dei.* 141

diu distinebant in limine, & post longa epoptarum suspiria vix tandem admittebant in Cereris adyta, nec nisi multis purgationibus præparatos: qualem esse decet quem Deus vult admittere in adyta sacrosanctæ disciplinæ? Quod si Aristoteles primo Ethicorum, vult *Cap. 3.* auditorem scientiæ civilis necesse νεαρὸν τὴν ἡλικίαν νε- *Invenē*  
que νεαρὸν ἔῃ, multo ma- *de astate*  
gis oportet deferbuerit iu- *vel ma-*  
venilis ardor in eo qui se ad- *ribus.*  
dicit scientiæ cui servire debet civilis scientia.

Veruntamen ne dum invigilamus huic studio, ipsa sedulitate Deum offendamus, cavendum est. Quod fieret si non contenti iis quæ

G 2 fa-



faciunt ad salutem, elaboraremus in supervacuis, & improba curiositate ea rimamur quæ superant captum nostrum, & limites sobrietatis à Deo positos excedunt. Nam ut olim circa montem super quo Lex promulgabatur, positi erant termini, quos capitale erat transilire: ita & doctrinæ Evangelij circumpositi sunt certi limites quos nefas transcendere. Ignoratio religiosa præstat curiosa scientia, Atque ut ignis illustrat remotos, calefacit propiores & distantes mediocri intervallo, at torret nimis propinquos, eosque qui tactu cum explorant: Sic Deus omnes homines quantumvis à sa-

De cog  
à salute re  
illustrat,  
fos calefac  
afflac spiri  
curiositat  
nitus ing  
& verigi  
scrutatur  
metur à g  
inceptit  
te eam co  
mali qua  
tit. Qua  
gni Pasch  
nibus ves  
bant auter  
doctrina  
conlectan  
nutrioni  
stinendur  
genoinur  
quzvis h



*De cognitione Dei.* 143

à salute remotos aliqua luce  
illustrat, at propius admis-  
sos calefacit suo amore, &  
afflat spiritu. At se temeraria  
curiositate ingerentes, & pe-  
nitus ingredi ausos, perdit  
& vertigine percutit. Qui  
scrutatur maiestatem, absum-  
metur à gloria. Ab Adamo  
inœpit hæc labes affectan-  
te eam cognitionem boni &  
mali quæ soli Deo compe-  
tit. Quapropter ut in esu a-  
gni Paschalis Israelitæ car-  
nibus vescebantur, abstine-  
bant autem ossibus: Sic in  
doctrina de Deo, ea sunt  
consectanda quæ faciunt ad  
nutritionem animæ, at ab-  
stinendum iis quæ duritie  
genuinum frangunt, & ad  
quævis humani ingenij re-

G 3 tun-



144 *De cognitione Dei.*

runditur. Tunc demum in  
Dei cognitione tenebimus  
mediocritatem inter affe-  
ctatam negligentiam, & te-  
merariam curiositatem,  
quando omnem nostram  
cognitionem, & commen-  
tationem ad pietatem &  
mores, Deique amorem, re-  
feremus.

**F I N I S.**



Di  
mun  
nehm  
er ab  
m, &  
saten  
nolun  
ommo  
tem &  
tem, &

*[Faint, illegible handwriting in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule, covering the upper portion of the page.]*

*[Faint, illegible handwriting in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule, located in the lower middle section of the page.]*



